

# BROTÉRIA



# BROTÉRIA

Ex  
A-105

Revista fundada em 1902 pelos Professores

J. S. Tavares, C. Mendes e C. Zimmermann

e laureada com medalha de ouro na Exposição Internacional  
do Rio de Janeiro de 1922

Director: Prof. J. S. Tavares

VOLUME XXV

1928

SÉRIE ZOOLOGICA

Com ilustrações



CAMINHA

1928

0/21

## Índice do vol. XXV, 1928, por auctores

---

	Págs.
JOAQUIM DA SILVA TAVARES — Descrição de uma espécie e de um genero novo .	5-10
JOAQUIM DA SILVA TAVARES — Os Cynípi- des da Península Ibérica . . . . .	11-152
JOAQUIM DA SILVA TAVARES — As Lagar- tas inimigas do milho . . . . .	153-160



# Descrição de uma espécie e de um género novo

POR J. S. TAVARES

---

## *Seitneria*, nov. gen. (*Anacharitinae*, *Cynipidae*)

Antennae 14-articulatae, in ♂ medietate apicali non crassiores quam 3<sup>us</sup> articulus; in ♀ 13-articulatae, medietate distali crassiore quam 3<sup>us</sup> articulus. Oculi non pilosi. Pronotum antice tantillum truncatum, coriaceum. Mesonotum coriaceum; sulci parapsidales percurrentes; mesopleurae profunde sectae, ut in pluribus *Rhodites* speciebus. Foveolae conspicuae; scutellum sine spinula, postice rotundatum, a mesonoto separatum sulco transverso. Carinae metanoti rectae. Cellula radialis clausa. Areola conspicua. Vena prima cubitalis (fig. 2) e radice venae basalis egrediens, exilis. Tarsorum unguiculi simplices, non bidentati. Pediculus brevis, aliquanto crassior quam longior, carinatus. Secundum tergum ♂ fere dimidiatam longitudinem abdominis cooperiens, infundibuliforme, multo longius 3<sup>o</sup> tergito. Abdomen ♂ in parte postica, saltem quandoque, crassius quam in medio; in ♀ crassius in medio.

Hoc genus, honoris causa Professori M. Seitner dicatum, ad subfamiliam *Anacharitinae* trahendum et juxta genus *Aegilips* locandum est, a quo tamen optime distinguitur, praeter alia, 2<sup>o</sup> tergito abdominis multo longiore tertio; ab aliis hujus subfamiliae generibus omnibus pronoto, mesonoto et pleuris coriaceis, sulco profundo mesopleurarum et areola clausa differt. Genus quidem *Acothyreus* Ashm. cum meo genere in hoc convenit, quod ejus mesopleurae sulco profundo sint divisae, sed illius aliae notae toto coelo diversae sunt — mesonotum rugosum; pediculus longus, laevis; scutellum sine foveolis, rugosum; etc.

Typus hujus generis est sequens nova species, quae mihi studii causa a cl. Prof. M. Seitner missa est.

*Seitneria austriaca* nov. sp.

Longitudo corporis: ♂, 2,5-3,2 mm.; ♀ 3,2 mm.

*Color.* — Niger; ♂ femora in medietate distali bruneo lutea; tibiae et tarsi subbruneo vel bruneo lutea; in ♀ vero tertium apicale femorum et tibiae in pedibus anticis subbruneo lutea, metatarsus et tarsi bruneo lutei; in aliis pedibus tertium apicale femorum et tibiae bruneo lutei; metatarsus et tarsi brunei. In ♀ abdomen inferne et postice bruneo subluteum. Alarum venae bruneae, vel subluteo bruneae.




Fig. 1 — *Seitneria austriaca* nov. sp. ♂, a cl. Ing. Gonzalo Ceballos depicta. Circiter  $\times 20$ . (Original).

*Caput.* — Facies non carinata; genae partim fere laeves, partim leniter coriaceae; vertex et post-vertex delicate coriacei, vix punctati, fere glabri. Oculi magni, non pilosi.

Palpi maxillares 4-articulati, palpigero impositi. Articulus 1<sup>us</sup> aliquantum trunco conicus, 63  $\mu$  longus; 2<sup>us</sup>, etiam aliquantum trunco conicus, ut 2<sup>us</sup> ac 3<sup>us</sup>, 83  $\mu$  longus; 3<sup>us</sup> omnium brevissimus, 52  $\mu$ ; 4<sup>us</sup> ellipticus, 94  $\mu$  longus. Palpi labiales, valde breves, biarticulati videntur.

Antennae ♂ 14-articulatae, medietate distali non crassiore quam tertius articulus; articulo 3<sup>o</sup> aliquantum lateraliter sinuato, sequentibus subfusoides, fere cylindricis, ultimo longe ovato. Formula antennarum seu comparata longitudo articulorum est: 7:4:16:12:11:11:10,5:9:9:9:9:8,5:8,5:11. Articulus 3<sup>us</sup> est igitur omnium longissimus; art. 5-6; 8-11; 12-13 respective aequales.

Longitudo absoluta articulorum haec tibi sit: articulus 1<sup>us</sup> 146  $\mu$  longus; 2<sup>us</sup> 83 longus, 104  $\mu$  crassus, ergo aliquanto crassior quam longior; 3<sup>us</sup> 333  $\mu$ ; 4<sup>us</sup> 250; 5-6, aequales, 229; 7<sup>us</sup> 219; 8-11, aequales, 188  $\mu$  longi; 12-13, aequales, 177  $\mu$  longi; 14<sup>us</sup> 229  $\mu$  longus. Longitudo igitur antennarum, quas mensus sum, 2,830 mm. aequabant.

Antennae ♀ 13-articulatae, articulo 13<sup>o</sup> valde longo, e duobus concretescentibus composito. Medietas distalis antennae perspicue crassior 3<sup>o</sup> articulo. Articuli 3-4 subcylindrici, sequentes subfusoides, praeter ultimum longe ovatum; omnes, ut in ♂, longitudinaliter leniter carinati.

Antennarum formula haec tibi sit: 8:4:10:7:7:8:7,5:8:7:7,5:7,5:7:10. Unde concludes articulos non decrescere regulariter a 3<sup>o</sup>, ut in Cynipinis fieri amat, sed alios aliis aliquanto longiores esse sine ordine. Ergo articuli 3<sup>us</sup> et 13<sup>us</sup>; 4<sup>us</sup>, 5<sup>us</sup>, 9<sup>us</sup>; 1<sup>us</sup>, 6<sup>us</sup>, 8<sup>us</sup>; 7<sup>us</sup>, 10<sup>us</sup>, 11<sup>us</sup>, respective aequales sunt longitudine.

Longitudinem vero absolutam hanc habe. Art. 1<sup>us</sup> 167  $\mu$  longus; 2<sup>us</sup> 83  $\times$  83  $\mu$ , sphaericus; 3<sup>us</sup> 208  $\mu$ ; 4-5, aequales, 146; 6<sup>us</sup> 167; 7<sup>us</sup> 156; 8<sup>us</sup> 167; 9<sup>us</sup> 146; 10-11, aequales, 156; 12<sup>us</sup> 146; 13<sup>us</sup> 208  $\mu$  longus. Ergo longitudo antennarum ♀, quas mensus sum, 2,052 mm. aequabant.



*Thorax.*—Parce et breviter pilosus. Pronotum antice nonnihil truncatum, coriaceum. Mesonotum nitens, delicate coriaceum, valde parce punctatum, in ♀ lateribus ruguloso coriaceum. Sulci parapsidales in ♂ antice et postice profunde impressi (fig. 1), in extremitate antica, juxta sulcum transversum, quod pronotum a mesonoto separat, repente profundiores fiunt; in ♀ vero in medio mesonoto interrumpuntur, sed antice prostant denuo valde breves et profundiores quam in ♂. Sulcus medius tantum postice conspicuus, longe subovatus (fig. 1), profundus, nitens, in ♀ longior quam in ♂. Sulci laterales et accessorii carinis sufficiuntur.

Pleurae nitentes, glabrae vel fere glabrae, delicate coria-




Fig. 2—*Seitneria austriaca* nov. sp. Cellula radialis clausa, areola (a) et 1<sup>a</sup> cellula cubitalis. v. b., vena basalis; v. c., vena cubitalis; v. m., vena media; v. s., vena subcostalis.  $\times 65$ . (Original).

ceae, ita ut prima fronte eas laeves credas in aliquibus locis, inferne tamen carinas longitudinales conspicies; superne sulco aliquanto obliquo et profundo, ut in pluribus speciebus generis *Rhodites*, dividuntur. Scutellum a mesonoto sulco transverso plene sejungitur, carinis undatis irregularibus in nidulos dividitur; postice est rotundatum, sine ulla spinula. Pone foveolas parvum spatium in ♀ coriaceum invenies; ex utroque latere in ♀ binas carinas longitudinales non rectas videbis. Foveolae magnae, subcirculares, laeves, valde nitentes, contiguae, carina plus minusve incomplete separatae. Carinae metanoti fere rectae.

Alae hyalinae, ciliatae, venis satis crassis, fere omnibus coloratis, instruuntur. Areola bene conspicua prostat (fig. 1, 2). Cellula radialis clausa, circiter duplo longior quam latior. 2.<sup>a</sup> vena radialis et marginalis confluent et aliquantum in apice cellulae radialis continuantur (fig. 1). Tres venae, quae cellulam radialem circumscribunt fere aequales crassitudine sunt, quod quidem rarum est. Duae primae cellulae cubitales clausae seu completae. Prima vena cubitalis, non colorata et exilis, venam basalem fere in basi tangit (fig. 2). Vena media (fig. 2, *v. m.*) satis curva.

Tarsorum unguiculi simplices. Tibiae satis curvae, sicut etiam metatarsus (fig. 1).

*Abdomen.* — Pediculus ♂ longitudinaliter carinatus, 8  $\mu$  longus, 10  $\mu$  crassus, ergo aliquanto crassior quam longior. 2<sup>um</sup> tergum ♂, infundibuli formam referens, circiter dimidium abdominis cooperiens, multo longius superne 3<sup>o</sup> tergito (fig. 3). Tertium tergum et sequentia delicate, non valde dense, punctata (<sup>1</sup>). Abdomen valde nitens, glabrum (tantummodo antice lateraliter et superne aliquot videbis pilos), lateraliter non vel parum constrictum.




Fig. 3 — *Seitneria austriaca* nov. sp. Abdomen maris.  $\times 67,5$ . (Original).

In ♀ abdomen, in lateribus satis constrictum, crassius est in medio quam in extremalibus (fig. 4), contra atque in ♂ aliquando fit. 2<sup>um</sup> tergum circiter 3<sup>am</sup> partem abdominis tegit; ejus longitudo superne non multum superat longitudinem 3<sup>i</sup> tergiti (longitudo 2<sup>i</sup> aequat 646  $\mu$ , 3<sup>ii</sup> vero 479  $\mu$ ). 3<sup>um</sup> tergum tantum postice punctatum; sequentia tergita ut in ♂ punctata. Spinula ventralis longitu-

(<sup>1</sup>) As linhas que na fig. 3 representam a separação dos tergitos e esternitos vão ponteadas na extensão em que não as vi. A posição da arte ponteadas é por tanto somente provável. Na fig. 4 não há linhas ponteadas, salva a primeira, pois as descobri no microscópio em tôda a extensão.

dine membranas quibus adhaeret non aequat. Terebra in uno latere denticulum validum, satis longe a cuspe, ostendit.




Fig. 4—*Seitneria austriaca* nov. esp. Abdomen foeminae. sp. v., spinula ventralis.  $\times 67,5$ . (Original).

Spinula notatu digna est eo quod primum cum membranis, de quibus supra, aliquantum vomerem imitatur specierum generis *Rhodites*; dein pili, in uno tantum ordine longo positi, sunt valde breves et patentes. Haec fere omnia in fig. 4 adumbrata videbis.

Haec species vivit entoparasa in larva cujusdam Anthomiidae — *Chortophila laricicola* Karl — in Austria. Cl. Prof. M. Seitner moribus hujus Anthomiidae, quae erat incognita, ejusque tribus parasitis studuit. E cynipidibus tres  $\delta\delta$  et unam  $\varphi$ , studii causa, ad me misit; idcirco novum genus *Seitneria* appellandum libens volui.

Haec species vivit entoparasa in larva cujusdam Anthomiidae — *Chortophila laricicola* Karl — in Austria. Cl. Prof. M. Seitner moribus hujus Anthomiidae, quae erat incognita, ejusque tribus parasitis studuit. E cynipidibus tres  $\delta\delta$  et unam  $\varphi$ , studii causa, ad me misit; idcirco novum genus *Seitneria* appellandum libens volui.

**Obs.** — Como acabo de dizer, a *Seitneria austriaca* n. sp. é parasita de uma espécie nova de *Anthomiidae* que há pouco foi classificada pelo especialista O. Karl, de Stolp (Pomerânia), com o nome de *Chortophila laricicola* Karl. O Sr. Prof. M. Seitner estudou os costumes e a metamorphose dessa môsca e dos seus três parasitas, e em breve publicará o resultado das suas observações.

A larva da môsca faz grandes estragos nos cones da *Larix Europaea* DC. onde vive, comendo as sementes novas, desde maio até ao fim de julho. Cai seguidamente e metamorphoseia-se enterrada; no solo evita os rigores do inverno; na primavera seguinte, sahe da terra; ao mesmo tempo que ella ou mais tarde, sahem dos pupários da môsca os três parasitas — *Seitneria austriaca* n. sp., *Asyncryta rufipes* Först. (*Ichneumonidae*) e uma espécie de *Braconidae*, ainda não determinada. Em vista dos estragos causados pela *Chortophila laricicola* Karl, os três parasitas são de grande vantagem para as mattas dos Alpes onde vive a môsca, diminuindo-lhe a esta a quantidade.

# Os Cynípides da Península Ibérica

PELO

Prof. JOAQUIM DA SILVA TAVARES, S. J.

(Continuado do vol. XXIV, 1927, pág. 140)

## 10. Gen. *Diplolepis* L. Geoffroy = *Dryophanta* Förster

διπλός, duplex, et λεπίς, squama

*Diplolepis* (part.), L. Geoffroy, in Hist. Insect., v. 2, p. 309, 1762; *Diplepis*, Rafinesque, in Anal. Nat., p. 126, 1815; *Lyodora* + *Dryophanta* Förster, in Verh. Ges. Wien, v. 19 Abh., p. 331, 334, 335, 1869.

Statura corporis satis magna — ut plurimum 2-4 mm. Antennae ♀ 13- vel 14-articulatae, ♂ 15-articulatae; sulci parapsidales ad partem anticam perducuntur; carinae metanoti plus minusve in arcum incurvae. Alae ciliatae, hyalinae — raro juxta venas praecipuas infuscatae —; cellula radialis ut plurimum longa, in basi, in margine et in apice aperta; areola conspicua (saltem in europaeis speciebus). Tarsorum unguiculi bidentati, saltem in speciebus europaeis. Abdomen ut plurimum longum — longius quam crassius —; 2<sup>um</sup> tergum lingulatum vel tegulae formam referens, in lateribus valde oblique sectum, ita ut superne semper plus minusve protrahatur et quandoque totum fere abdomen cooperiat.

In hoc genere duplex adest generatio — *agamica* et *sexualis*.

*Generatio agamica.* — Antennae, pedes et spinula ventralis longis pilis patentibus instruuntur; thorax etiam longe pilosus. Antennae toto coelo sunt diversae ab antennis generationis sexualis, nam medietas apicalis semper est satis crassior quam 3<sup>us</sup> articulus; articuli 3-8 vel 3-9 sunt trunco conici et satis longiores quam 8-12 vel 9-12 subcylindrici. Praeterea

in formis agamicis color bruneo ruber eminent; in formis vero sexualibus color niger antecellit.

*Generatio sexualis.* — Pili valde longi patentes in antennis, pedibus et spinula ventrali desiderantur; thorax fere glaber. Antennarum medietas apicalis vix aut ne vix quidem crassior quam 3<sup>us</sup> articulus; antennae formula valde diversa. Articuli a 4<sup>o</sup> ad ultimum usque subcylindrici, longitudine non adeo diversi ut in generatione agamica, sed multo magis homogenei, ita ut primo obtutu sub microscopio foeminam agamicam a foemina generationis sexualis facile distinguas.

Foeminae agamicae in Europa omnes cecidium plus minus globosum gignunt, si cecidium cornutum *Diplolepis cornificis* (Hart.) excipias. Cecidia hujusmodi vere vel aestate ineunte crescere incipiunt; mense septembri ad maturitatem veniunt; at ut plurimum insectum tantum mense novembri vel decembri prodit, cum frigus urget. Hac de causa pilis longis sat spissis instruuntur, contra atque in generatione sexuali evenit, quae est fere glabra. Hieme foemina in gemma ovum edit, ex quo generatio sexualis prodit. Haec primo vere alitur sine mora, cum gemma quercuum expanditur, ita ut mense maio vel junio ova, quae generationem agamicam gignunt, foemina sub folio pariat.

Omnes species — 47 certae, 10 incertae — in *Quercubus* gignuntur, saltem europaeae, quae numerantur septem.

Species noscuntur non solum ex Europa, et America Septentrionali, sed etiam ex Australia, Asia et Africa Septentrionali. E speciebus europaeis aliquae sunt — *Diplolepis disticha*, *D. agama*, *D. cornifex* — quarum generationes sexuales nunquam innotuerunt.

**CONSPECTUS SPECIERUM EUROPAEARUM  
GENERIS DIPLOLEPIS**

1. Antennae et pedes pilis valde longis patentibus instructa; thorax longe pilosus; medietas apicalis antennarum satis crassior quam 3<sup>us</sup> articulus. *Formae agamicae* . . . . . 2  
 — Antennae et pedes pilis non longis instruuntur; thorax pilis nec longis, nec spissis ornatus; medietas apicalis antennarum non crassior 3<sup>o</sup> articulo. *Formae sexuales*. . . . . 8
2. Omnia vel fere omnia abdominis tergita delicatissime punctata . . . . . 3  
 — Omnia abdominis tergita laevia . . . . . 4
3. Omnia abdominis tergita delicatissime punctata.— Hispania, Gallia, Italia, Britannia, Germania, Hungaria, Bohemia, Caucasus, Serbia, Roumelia . . . . . **Diplolepis longiventris**  
 — 2<sup>um</sup> abdominis tergum nullibi punctatum; caetera tergita plus minusve punctata.— Tota fere Europa (deest tantum in Lusitania et in remotiore Septentrione), Asia Minor . . . . . **Diplolepis quercus-folii**
4. Articulus 3<sup>us</sup> antennarum 4<sup>o</sup> brevior.— Lusitania, Hispania, Gallia, Belgium, Britannia, Germania, Italia, Austria, Hungaria, Bohemia, Serbia . . . . . **Diplolepis divisa**  
 — Articulus 3<sup>us</sup> antennarum 4<sup>o</sup> longior . . . . . 5
5. Articulus 2<sup>us</sup> antennarum aequè crassus atque longus aut crassior quam longior (transversus) . . . . . 6  
 — Articulus 2<sup>us</sup> antennarum distincte longior quam crassior . . . . . 7
6. Scutelli superficies coriacea (saltem postice); articulus 3<sup>us</sup> antennarum (208  $\mu$  longus) et 4<sup>us</sup> (188  $\mu$  lon-

- gus) inter se ut numeri 10:9 comparantur (1). =  
Italia, Austria, Hungaria, Asia Minor. . . . .
- . . . . . **Diplolepis cornifex**
- Scutelli superficies reticulata; 3<sup>us</sup> antennarum articulus (344  $\mu$  longus) atque 4<sup>us</sup> (292  $\mu$  longus) inter se longitudine ut 16,5:14 comparantur (1). — Hispania, Gallia, Belgium, Britannia, Germania, Austria, Hungaria, Bohemia . . . . . **Diplolepis agama**
7. Cellula radialis (fig. 34) aliquanto plusquam ter longior atque latior; 3<sup>us</sup> antennarum articulus (313  $\mu$  longus) et 4<sup>us</sup> (188  $\mu$  longus) inter se ut numeri 15:9 comparantur (1); articuli 4-6 longitudine fere aequales. — Lusitania, Hispania, Galia, Italia, Austria, Hungaria, Montenegro, Bulgaria, Africa Septentrionalis, Asia Minor . . . . . **Diplolepis quercus**
- Cellula radialis plusquam quater longior quam latior (fig. 36); antennarum articulus 3<sup>us</sup> (313  $\mu$  longus) et 4<sup>us</sup> (250  $\mu$  longus) inter se ut 15:12 (1) comparantur; articuli 4-6 non aequales. — Lusitania, Hispania, Gallia, Britannia, Germania, Austria, Hungaria . . . . . **Diplolepis disticha**
8. Cellula radialis plusquam 3  $\frac{1}{2}$  longior quam latior (fig. 35). — Austria, Hungaria. **Diplolepis quercus** gen. sex.
- Cellula radialis quater vel plusquam quater longior quam latior . . . . . 9
9. Vena 2<sup>a</sup> radialis in apice satis incrassata (fig. 40); cellula radialis circiter quater longior quam latior;

---

(1) Haec longitudo comparata in speciminibus ejusdem speciei plus minusve constans esse solet; at longitudo absoluta variare aliquantum potest in diversis speciminibus, pendet enim a magnitudine corporis. Ergo longitudinem absolutam articulorum, a me hic et alibi expressam, semper ad specimen referas, quod mensus sum. Non spernenda tamen longitudo absoluta articulorum, nam juvare certo potest in specie determinanda; formula tamen antennarum utilior est, ut ex dictis apparet.

sulci parapsidales antice parum impressi.—Europa Centralis et Septentrionalis . . . . .

- . . . . . **Diplolepis quercus-folii** gen. sex.  
 — Vena 2<sup>a</sup> radialis in apice parum incrassata (fig. 38);  
 cellula radialis plusquam quater longior quam latior; sulci parapsidales antice bene impressi (1).—  
 Britannia, Gallia, Germania . **Diplolepis divisa** gen. sex.

ALTERA CLAVIS (alarum notae)

1. Alae totae hyalinae, nullibi infusatae . . . . . 5  
 — Alae hyalinae quidem, sed juxta praecipuas venas aliquantum infusatae . . . . . 2
2. Cellula radialis plusquam ter longior quam latior (circiter ut numeri 80:24); vena 2<sup>a</sup> radialis in apice nihil vel non multum incrassata (fig. 39) . . . . .  
 . . . . . **Diplolepis quercus-folii** gen. agam.  
 — Cellula radialis 3 vel 3 1/2 longior quam latior; vena 2<sup>a</sup> radialis in apice semper incrassata . . . . . 3

---

(1) In hac clavi dichotomica locus non est *Diplolepi longiventri* gen. sexuali (= *Dryophanta similis* Adl.), et *Diplolepi Schlechtendali* (Kieff.), quia mihi non sunt.

Si descriptionem legas a von Dalla Torre u. Kieffer, l. c., p. 348, allatam, videbis *Diplolepin longiventrem* gen. sexualem ab aliis formis sexualibus hujus generis differre fascia longitudinali nigrescente, in facie externa femorum et tiliarum posita.

Quod *Diplolepin Schlechtendali* (Kieff.) spectat, hoc unum notum est, eam a *Diplolepi divisa* gen. sexuali discriminari pedibus perbruneo luteis.

Formae sexuales specierum hujus generis inter se valde similes sunt; notae, quae melius eas discernunt, e formula antennarum atque e cellula radiali desumendae sunt; quae tamen notae ab antiquis auctoribus aspernabantur, quod nimium laborem expostulent.



3. Cellula radialis circiter quater longior quam latior;  
 vena 2<sup>a</sup> radialis in apice valde incrassata (fig. 37) .  
 . . . . . **Diplolepis divisa** gen. agam.  
 — 2<sup>a</sup> vena radialis in apice non valde incrassata . . . . . 4
4. Cellula radialis quater longior quam latior; vena 2<sup>a</sup>  
 radialis in apice aliquantum incrassata (fig. 34) .  
 . . . . . **Diplolepis quercus** gen. agam.  
 — Cellula radialis circiter quater longior quam latior;  
 vena 2<sup>a</sup> radialis in apice aliquantum incrassata  
 (fig. 42) . . . . . **Diplolepis longiventris** gen. agam.
5. Formae agamicae . . . . . 6  
 — Formae sexuales . . . . . 7
6. Cellula radialis quater longior quam latior (fig. 43);  
 1<sup>a</sup> vena cubitalis aliquantum ante venam basalem  
 desinit . . . . . **Diplolepis cornifex**  
 — Cellula radialis plusquam quater longior quam latior;  
 2<sup>a</sup> vena radialis parum in apice incrassata (fig. 36) .  
 . . . . . **Diplolepis disticha**  
 — Cellula radialis? (1). Prima vena cubitalis ad cellulam  
 usque basalem producta . . . . . **Diplolepis agama**
7. Cellula radialis plusquam 3 1/2 longior quam latior;  
 vena 2<sup>a</sup> radialis in apice aliquantum incrassata  
 (fig. 35) . . . . . **Diplolepis quercus** gen. sex.  
 — Cellula radialis quater vel plusquam quater longior  
 quam latior . . . . . 8
8. Vena 2<sup>a</sup> radialis (fig. 40, 41) satis incrassata . . . . .  
 . . . . . **Diplolepis quercus-folii** gen. sex.  
 — Vena 2<sup>a</sup> radialis (fig. 38) aliquantum incrassata in  
 apice . . . . . **Diplolepis divisa** gen. sex.

---

(1) Specimen austriacum, cui studui, alas ita complicatas habebat  
 ut cellulam radialem conspiciere ac delineare non potuerim.

**TERTIA CLAVIS DICHOTOMICA** (notae abdominis) (1)

1. Omnia vel fere omnia tergita abdominis delicatissime punctata . . . . . **2**  
 — Omnia tergita laevia . . . . . **3**
2. Omnia tergita delicatissime punctata . . . . .  
 . . . . . **Diplolepis longiventris** gen. agam.  
 — 2<sup>um</sup> tergatum nullibi punctatum; caetera tergita plus minusve punctata . . **Diplolepis quercus-folii** gen. agam.
3. Secundum tergatum superne dimidium longitudinis abdominis aequat vel parum superat . . . . .  
 . . . . . **Diplolepis quercus** gen. agam.  
**Diplolepis disticha**  
 — Secundum tergatum superne dimidium abdominis satis excedit . . . . . **4**
4. Secundum tergatum superne circiter  $\frac{2}{3}$  longitudinis abdominis cooperit . . . **Diplolepis divisa** gen. agam.  
 — Secundum tergatum superne aliquanto plusquam  $\frac{2}{3}$  longitudinis abdominis tegens; spinula ventralis aliquanto longior quam crassior . . . . .  
 . . . . . **Diplolepis divisa** gen. sex.  
 — Secundum tergatum superne  $\frac{3}{4}$  longitudinis abdominis contegens . . . . . **Diplolepis quercus-folii** gen. sex.  
 — Secundum tergatum superne  $\frac{7}{8}$  abdominis obtegens . . . . . **Diplolepis quercus** gen. sex.  
 — Secundum tergatum superne fere usque ad extremum abdomen excurrit . . . . . **5**
5. Spinula ventralis transversa — crassior quam longior . . . . . **Diplolepis agama**  
 — Spinula ventralis circiter aequae longae atque crassae . . . . . **Diplolepis cornifex**

---

(1) Haec tertia clavis, etsi duabus praecedentibus minus perfecta, potest quandoque discriminandis speciebus inservire.

1. *Diplolepis quercus* Fourcroya) Generatio agamica = *Dryophanta pubescentis* Mayr.

*Diplolepis quercus* Fourcroy, in Ent. Paris, p. 391, 1785; *Dryophanta pubescentis*, Mayr, in Eur. Arten Gallenbew. Cynip., p. 36, 1882; *Dryophanta pubescentis* Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, p. 635, pl. 19, fig. 9; pl. 21, fig. 16, 1900-1901; *Dryophanta pubescentis*, Tavares, in Brotéria, v. 4, p. 78, est. 5, fig. 4; est. 9, fig. 11, 1905; *Diplolepis quercus* gen. agamica, von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., fig. 68, 69, p. 351, 1910.

Longitudo corporis: ♀ 3,2-3,5 mm.

*Color.* — Bruneo ruber, in abdomine clarior; antennae nigrae vel fere nigrae; basis coxarum nigra; tibiae et tarsi perbruneo subrubra; in mesonoto quatuor fasciae longitudinales nigrae prostant.

*Caput.* — Parum pilosum, delicate coriaceum.

Palpi maxillares 5-articulati; labiales vero 3-articulati.

Antennae 13-articulatae, longis pilis patentibus insignitae, in medietate apicali crassiores quam in 3<sup>o</sup> articulo. Articuli 3-8 trunco conici, 9-12 subcylindrici, 13<sup>us</sup> longe ovatus.

Longitudo comparata articulorum seu formula antennarum exprimi potest numeris: 7:5:15:9:9:9:7,5:7:6:5:5:5:10. Unde patet 3<sup>um</sup> articulum longissimum omnium esse, et articulos 4-6 et 10-12 longitudine aequales esse. Certo certius articulus ultimus scindi in duos potest, ut in aliis generationibus agamicis hujus generis accidit; ast ego nunquam hanc divisionem conspexi.

Longitudinem articulorum absolutam hanc habe. Articulus 1<sup>us</sup> 146  $\mu$  longus; 2<sup>us</sup> 104  $\mu$  longus, 83  $\mu$  crassus, ergo aliquanto longior quam crassior; 3<sup>us</sup> 313  $\mu$ ; 4-6 aequales, 188  $\mu$  longi; 7<sup>us</sup> 156  $\mu$ ; 8<sup>us</sup> 146  $\mu$ ; 9<sup>us</sup> 125  $\mu$ ; 10-12 aequales, 104  $\mu$  longi; 13<sup>us</sup> 208  $\mu$ . Longitudo igitur antennarum in specimine, quod mensus sum, 2,76 mm. aequabat.

*Thorax.* — Totus satis pilosus, pilis longis, luteo albidis (in fasciis nigris pili sunt etiam nigri coloris). Mesonotum nitens, laeve aut vix coriaceum (basis pilorum punctata). Sulci parapsidales ad partem anticam mesonoti perveniunt; sulcum medium ob pilos spissos conspicerere non potui; laterales et accessorios sulcos vix aut ne vix quidem videbis. Pars media mesonoti, ut in pluribus speciebus hujus generis, parce pilosa, immo et glabra. Scutellum reticulatum; foveolas ob pilos incomplete inspexi. Pleurae pilosae; laeves vi-




Fig. 34 — *Diplolepis quercus* gen. agamica. Cellula radialis aperta in basi, in margine et in apice.  $\times 50$ . (Original).

dentur. Carinae metanoti aliquantum curvae. Alae hyalinae, at secundum crassiores venas — primam et secundam radialem, basalem, ac secundam et tertiam subcostalem — aliquantum infuscatae. Areola bene conspicua (fig. 34). Cellula radialis plusquam triplo longior quam latior, in margine, apice et basi aperta. Vena radialis secunda in apice aliquantum incrassata (fig. 34). Vena prima cubitalis longe ante venam basalem desinit.

*Abdomen.* — Nitens, laeve, fere glabrum (tantum laterali-ter antice et postice aliquot videbis pilos). Secundum tergum superne dimidiatam longitudinem abdominis aequat aut superat. Spinula ventralis brevis (non longior quam crassior), pilis longis, patentibus circumdata.

Terebra in uno latere septemdentata.

Haec descriptio facta est coram speciminibus lusitanicis et hispanicis. Insectum mense septembri in Peninsula jam adolevit, nam die 10 septembris semel illud alatum e cecidio extraxi. Attamen sponte non egreditur nisi mensibus novembri et decembri primi anni.

**Cecidia.** — Esphérica (Estampa III, fig. 2, 5, 18, 19, 21), de ordinário não lisa, mas com umas pequeninas verrugas à superfície, de côr mais clara do que a da cecidia que é branco amarellada, às vezes um tanto avermelhada ou com laivos côr de rosa; glabra, um tanto pruïnosa, não carnuda, com o tecido interno brando, brilhante e disposto radialmente em tôrno da cavidade larval que fica no centro e é elliptica (Estampa III, fig. 18) — comprimento 2,5 mm., largura 2 mm. —, com parede própria. O diâmetro da cecidia é variável; não costuma exceder 9 mm. Está inserida numa nervura (primária ou secundária), na página inferior do limbo, sem pedículo, razão por que a nervura deixa na cecidia uma pequenina depressão (Estampa III, fig. 19). O cecidozóiide, como na *Diplolepis divisa* (Hart.), está já imago em outubro (em 10 de setembro, na Galliza, encontrei dentro de uma cecidia a imago) e sahe em novembro e dezembro do 1.º anno. Antes de sahir, mina o tecido e chega até à casca em que não toca, voltando novamente para a câmara larval. Tenho um exemplar de Alijó (Trás-os-Montes) que não sahiu senão na primavera do 2.º anno.

E' uma espécie bastante commum em tôda a Península Ibérica, sempre em pequena abundância.

DISTR. GEOGR.: Portugal, Espanha, França, Itália, Áustria, Hungria, Montenegro, Bulgária, Norte da África, Ásia Menor.

DISTR. CHOROGR.: Portugal. Na *Quercus lusitanica* Lam. — Matta do Collégio do Barro e Cadriceira (Tôrres Vedras), Setúbal (L. G. do Nascimento); Rio Sabor (Trás-os-Montes) (A. M. Rodrigues).

Na *Quercus Toza* Bosc.—Desde Castello Branco à Guarda, incluindo a Carvalho de Manteigas; Rio Sabor (Trás-os-Montes) (A. M. Rodrigues). Alijó (Alto Douro).

Na *Quercus pedunculata* Ehrh. Neste carvalho foi por mim encontrada a cecídia em Portugal, mas esqueci-me de apontar a localidade.

Na *Quercus humilis* Lam.—Entre Setúbal e Palmella.

Espanha. Na *Quercus Toza* Bosc.—Carballino (Orense), Humoso (Orense).

Na *Quercus pedunculata* Ehrh.—Carballino (Orense).

Na *Quercus lusitanica* Lam.—Uclés (Cuenca); Huesca.

Na *Quercus Robur* L.—Seva (Catalunha) (A. Codina).

O Sr. Dr. Cogolludo (l. c., p. 30) menciona-a da *Quercus Toza* Bosc.—San Pablo de los Montes (Toledo), e Navas de Esteno (Ciudad Real); e da *Quercus lusitanica* Lam.—Montes próximos de Chinchón (Madrid).

b) Generatio sexualis=*Dryophanta flosculi* (Gir.)

*Spathegaster flosculi*, Giraud, in Bull. Soc. Ent. Fr., 1868, p. 54; *Dryophanta flosculi* Mayr, in Eur. Arten gallenbew. Cynip., p. 35, 1882; *Dryophanta flosculi*, Kieffer in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, p. 625, pl. 16, fig. 12, 1899-1901; *Diplolepis quercus* gen. sexualis, von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, fig. 67, p. 351, 1910.

Longitudo corporis: ♂ 2 mm.; ♀ 2,3 mm.

*Color.*—Niger, praeter pedes bruneo vel subbruneo luteos, et antennas perbruneo rubras (articulis basalibus ali-

quanto clarioribus). Alarum venae bruneo luteae. Antennae in ♀ satis clariores quam in ♂ sunt.

*Caput.* — Ruguloso coriaceum, fere glabrum.

Antennae ♂ 15-articulatae. Formula antennarum, seu comparata articulorum longitudo, his numeris exprimi potest: 5:4,5:11,5:10,5:9,5:8:8:7,5:7:7:7:7:6:6:5. Unde vides gradationem articulorum a 3<sup>o</sup> decrescentium, inter quos aliqui aequales sunt.

Longitudo autem absoluta articulorum haec tibi sit. Articulus 1<sup>us</sup> 104 μ longus; 2<sup>us</sup> 94 μ longus, 104 crassus, ergo transversus seu crassior quam longior; 3<sup>us</sup> 240 μ; 4<sup>us</sup> 219 μ; 5<sup>us</sup> 198; 6-7 aequales, 167; 8<sup>us</sup> 156; 9-12, aequales, 146; 13-14, aequales, 125; 15<sup>us</sup> 105 μ longus. Longitudo igitur antennae ♂, quam mensus sum, 2,283 mm. aequabat. Articulus 3<sup>us</sup> lateraliter sinuatus.

Antennae ♀ 14-articulatae. Earum formula seu longitudo comparata articulorum his numeris exprimi potest: 6:5:12:10:8:7,5:6:5:5:5:4:4:4:6,5. Ergo articulus 3<sup>us</sup>, ut fere semper in hoc genere evenit, omnes alios longitudine praecedit.

Longitudo autem absoluta haec tibi sit. Articulus 1<sup>us</sup> 125 μ longus; 2<sup>us</sup> 104 μ longus, 83 μ crassus, ergo paulo longior quam crassior; 4<sup>us</sup> 208; 5<sup>us</sup> 188; 6<sup>us</sup> 156; 7<sup>us</sup> 146; 8-10, aequales, 104; 11-13, aequales, 83; 14<sup>us</sup> 136 μ longus. Ergo antenna ♀, cui studui, 1,832 mm. aequabat.

*Thorax.* — Valde nitens, fere glaber. Mesonotum fere laeve, in ♂ tamen antice valde leniter reticulatum. Sulci para-




Fig. 35—*Diplolepis quercus* gen. sexualis. Cellula radialis aperta in basi, in margine et in apice. ×50. (Original).

psidales ad partem anticam profundi perducuntur; sulci accessorii parum conspicui, laterales carina sufficiuntur; medius sulcus desideratur. Superficies scutelli

antice fere laevis, caeterum reticulata; foveolae non adsunt conspicuae.

Carinae metanoti parum in arcum curvae. Mesopleurae laeves, glabrae.

Alae hyalinae, nullibi infusatae, ciliatae. Vena 2<sup>a</sup> radialis in apice aliquantum incrassata (fig. 35). Vena 1<sup>a</sup> cubitalis ad medium venae basalis perducitur. Cellula radialis plusquam 3  $\frac{1}{2}$  longior quam latior; in basi, in margine et in apice aperta (fig. 35).

*Abdomen.* — Valde nitens, laeve, fere glabrum (tantummodo aliquot pilos antice lateraliter et postice videbis).

Secundum tergitem saltem  $\frac{7}{8}$  longitudinis abdominis ♂ superne operit. In ♂ pediculus abdominis est satis longus; abdomen minimum. Spinulam ventralem bene conspiciere non potui.

Hanc descriptionem coram ♂ austriacis e collectione Mayriana, mihi a cl. Dr. F. Maidl benigne commodatis, contulit.

**Cecidia.** — Não tenho a cecidia desta espécie, e por isso transcrevo a descripção original, feita por J. Giraud, l. c., pág. 54:

« Cette forme, que j'ai observée depuis longtemps en Autriche, est aussi inédite. Les échantillons que j'ai découverts à Vincennes sont perforés, presque secs, mais très-reconnaissables. Elle est plus précoce que l'espèce précédente et se montre dès les premiers signes du réveil de la végétation. L'insecte en sort pendant la seconde moitié d'avril. C'est sur le brindilles ou sur les rameaux bas et peu vigoureux du chêne qu'on trouve cette galle. Elle tient la place d'un petit bourgeon qui a disparu et dont il ne reste que quelques écailles à la base du nouveau produit. Sa forme est conique, sa hauteur de 4 à 5 millimètres, sa substance charnue, mais un peu moins tendre que celle de l'espèce précédente (*Spathogaster tricolor* Hart.). Elle est richement parée de filaments très-fins, doux au toucher, d'une belle couleur rouge ou cramoisie, qui lui forme une sorte d'enveloppe veloutée.

L'insecte qui habite cette galle est plus robuste que le *Spathogaster tricolor* et très distinct de cette espèce. J'en donnerai la description dans un travail spécial. »



DISTR. GEOGR.: Áustria, Hungria. Nas outras regiões onde vive a forma agâmica, como é Espanha e Portugal, não foi vista até agora a geração sexual (1).

## 2. *Diplolepis disticha* (Hartig)

a) Generatio agamica = *Dryophanta disticha* Mayr.

*Cynips disticha*, Hartig, in Z. Ent. Germar, v. 2, p. 188, 1840; *Dryophanta disticha*, Mayr, in Eur. Arten gallenbew. Cynip., p. 37, 1882; *Dryophanta disticha*, Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, p. 639, pl. 18, fig. 1; pl. 21, fig. 19, 1899-1901; *Dryophanta disticha*, Tavares, in Brotéria, v. 4, estampa 5, fig. 9 e 10, 1905; *Diplolepis disticha*, von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., fig. 74, 75, p. 353, 1910.

Longitudo corporis: ♀ 3 mm. (juxta Mayr 2,6-3 mm.).

*Color.* — bruneo ruber (color mellis), abdomine coloris clarioris; antennarum articulo primo fere nigro, caeteris articulis perbruneo rubris, praesertim in medietate distali.

Thoracis suturae nigrae. Coxae nigrae vel fere nigrae. Tibiae et praesertim tarsi perbruneo rubra. Alarum venae bruneo vel perbruneo rubrae.

*Caput.* — Totum ruguloso coriaceum, sine punctis (saltem ea non conspexi). Antennae 13- vel 14-articulatae (tunc articuli 13-14 incomplete divisi); articulis longis pilis erectis instructis. Medietas apicalis satis crassior tertio articulo. Articuli 3-8 trunco conici, 9-12 subcylindrici, 13<sup>us</sup> longe ovatus.

---

(1) Forsitan quaerat lector cur hucusque in Peninsula Iberica, ubi forma agamica degit, generatio sexualis nondum apparuerit. Fieri sane potest ut formae agamicae vivere possint, saltem aliquot per annos, sine formis sexualibus, ut in genere *Cynips* accidit. Sed praeterea respondeo, fieri etiam optime posse ut revera haec cecidia gignantur, quin hucusque innotuerint his in regionibus, ubi formae agamicae vitam ducunt.

Longitudo comparata articulorum est ut numeri 8:5,5:15:12:10,5:10,5:8,5:8:6:5,5:5:5:15,5. Ergo articuli longissimi sunt 3<sup>us</sup> et 13<sup>us</sup> (cum hic in duos non dividitur); articuli 5-6 aequales; 11-12 etiam longitudine aequales, quibus etiam secundus accedit.

En tibi nunc longitudo absoluta. Articulus 1<sup>us</sup> 167  $\mu$  longus; 2<sup>us</sup> 115  $\mu$  longus, 94  $\mu$  crassus, ergo paulo longior quam crassior; 3<sup>us</sup> 313  $\mu$  longus; 4<sup>us</sup> 250  $\mu$ ; 5-6, aequales, 219  $\mu$ ; 7<sup>us</sup> 177  $\mu$ ; 8<sup>us</sup> 167  $\mu$ ; 9<sup>us</sup> 125  $\mu$ ; 10<sup>us</sup> 115  $\mu$ ; 11-12 aequales, 104  $\mu$ ; 13<sup>us</sup> 323  $\mu$  longus. Hinc concludes 3<sup>um</sup> articulum satis longiorem esse quarto, contra atque in *Diplolepi divisa* gen. agamica fit.

*Thorax.*—Mesonotum nitens, praesertim in medio parce pilosum, antice non magis pilosum quam postice, contra atque in *Diplolepi divisa* (Hart.) accidit; in hoc autem conveniunt ambae species, quod in medio mesonotum sit fere gla-




Fig. 36—*Diplolepis disticha*. Cellula radialis aperta in basi, in margine et in apice.  $\times 50$ . (Original).

brum. Superficies tota mesonoti est delicatissime coriacea, ita tamen ut prima fronte laevis videatur; antice aliquot puncta conspicies. Sulci parapsidales ad partem anticam excurrunt; sulcus medius brevis, sed aliquanto longior quam in *Diplolepi divisa* (Hart.). Sulci laterales evanidi, accessorii parum conspicui. Scutellum satis pilosum, ruguloso coriaceum, nullibi laeve. Foveolae bene conspicuae, nitentes, laeves (ut videntur), satis ab invicem dissitae.

Mesopleurae valde parce pilosae, nitentes, laeves.

Alae ciliatae, nullibi infuscatae, hyalinae. Areola prostat conspicua (fig. 36). Cellula radialis longa — plusquam quater longior quam latior —, aperta in basi, in margine et in apice (fig. 36). Vena radialis prima fere in medio tantillum angulosa.

Carinis metanoti, ne unicum specimen, quod mihi est, mutilarem, studere supersedi.

*Abdomen.* — Valde nitens, laeve, fere glabrum. Secundum tergum superne plusquam dimidium abdominis cooperit. Spinula ventralis, pilis longis erectis circumdata, circiter aequae longa atque crassa.

Hanc descriptionem coram ♀ e cecidio tudensi, mense januario 1921 (secundo anno), egressa, confeci. Unicum est specimen meae collectionis; sed alia duo specimina prae oculis habui, quae mihi e Musaeo Viennensi commodaverunt.

**Cecidia.** — A imitar um tronco de cone invertido que tem na face superior uma depressão ou umbigo com leves sulcos irradiantes (Estampa III, fig. 6, 8), glabra, lisa, luzidia, branco amarellada e até avermelhada (quando nova), ficando brúnea no tempo da maturação. Insere-se numa nervura (primária ou secundária) na face inferior do limbo, sem pedículo, de modo que a nervura deixa na base da cecidia um breve sulco. A câmara larval fica situada na parte inferior da cecidia; um pouco mais acima, há outra cavidade *vazia* (Est. III, fig. 9). A cecidia de que obtive o cecidozóiide mede de alto quasi 5 mm.; de grossura no alto 5 mm., na base 3 mm.

Como na *Diplolepis divisa* gen. ag. e *D. quercus* gen. ag., o cecidozóiide apparece em novembro e dezembro do 1.º anno. Eu porém até agora só obtive em 1920 uma ♀ em janeiro do 2.º anno, de uma cecidia de Tuy.

DISTR. GEOGR.: Portugal, Espanha, França, Inglaterra, Alemanha, Áustria, Hungria e Bohémia.

- DISTR. CHOROGR.: Portugal. Na *Quercus pedunculata* Ehrh. — Bussaco, Bom Jesus, Gerez.  
 Na *Quercus lusitanica* Lam. — Rio Sabor (Trás-os-Montes) (A. M. Rodrigues).  
 Espanha. Na *Quercus lusitanica* Lam. — Carballino (Orense) e Uclés (Cuenca).  
 Na *Quercus pedunculata* Ehrh. — Margens do Rio Louro, perto de Tuy (Pontevedra); Carballino (Orense).  
 Na *Quercus Robur* L. — Seva (Catalunha) (A. Codina).

b) Generatio sexualis

Nondum innotuit.

3. **Diplolepis divisa** (Hartig)

a) Generatio agamica = *Dryophanta divisa* Mayr

*Cynips divisa*, Hartig, in Z. Ent. Germar, v. 2, p. 188, 1840; *Dryophanta divisa*, Mayr in Mitteleur. Eichengallen, p. 3, taf. 5, fig. 51, 1870-1871; et in Eur. Arten gallenbew. Cynip., p. 37, 1882; *Dryophanta divisa*, P. Cameron, in Monogr. Brit. Phytoph. Hym., v. 4, p. 127, tab. 2, fig. 4; tab. XVI, fig. 1; *Dryophanta divisa*, Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, p. 638, planch. 19, fig. 2, 1899-1901; *Dryophanta divisa*, Tavares, in Brotéria, v. 4, p. 79, Est. 5, fig. 10, 1905; *Diplolepis divisa*, von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., p. 349, fig. 65, 66, 1910.

Longitudo corporis: 4 mm. (juxta Mayr 3-4,5 mm.).

*Color.* — Subbrunneo-ruber (coloris mellis); antennae nigrae vel brunneae, quandoque in articulationibus plus minusve luteo rubrae; suturae thoracis plus minusve nigrae; abdomen coloris clarioris, quandoque luteo rubrum, in extremitate plus minusve (saltem aliquando) nigrum; coxae nigrae; tarsi

omnes, quandoque etiam tibiae, brunei, immo et nigri; alarum venae bruneae vel bruneo luteae.

*Caput.* — Facies, vertex et postvertex rugoso coriacea. Palpi maxillares longi, 5-articulati; articulus 1<sup>us</sup> brevis, subcylindricus, 42  $\mu$  longus; 2<sup>us</sup>, trunco conicus, 104  $\mu$ ; 3<sup>us</sup>, sicut 4<sup>us</sup>, subcylindricus, 63  $\mu$ ; 4<sup>us</sup> 73  $\mu$ ; 5<sup>us</sup>, ellipticus, longitudinem secundi aequat, 104  $\mu$  longus. Ergo palpi maxillares 0,386 mm. aequabant in specimine, quod mensus sum.

Palpi labiales 3-articulati; articulus 1<sup>us</sup> 63  $\mu$ , 2<sup>us</sup> 42  $\mu$ , 3<sup>us</sup> 83  $\mu$  longus. Longitudo totalis est igitur 0,181 mm.

Antennae 13- vel 14-articulatae, articulis 3-9 trunco conicis, 10-12 subcylindricis, ultimo longe ovato. Articulus 1<sup>us</sup> 125  $\mu$  longus; 2<sup>us</sup> 104  $\mu$  longus, 83  $\mu$  crassus; 3<sup>us</sup> 250  $\mu$  longus; 4<sup>us</sup> 292  $\mu$ ; 5-6 aequales, 229  $\mu$ ; 7-8 aequales, 167  $\mu$ ; 9<sup>us</sup> 125  $\mu$ ; 10<sup>us</sup> 115  $\mu$ ; 11<sup>us</sup> 104  $\mu$ ; 12<sup>us</sup> 115  $\mu$ ; 13<sup>us</sup> 240  $\mu$ . Quandoque ultimus articulus in duos clare, quamvis non totaliter, scinditur. Hoc demonstrat hunc articulum e duobus concreescentibus conflari. Ex dictis patet antennas speciminis, quod mensus sum, 2,262 mm. longitudinis aequare.

Hoc de longitudine absoluta; nunc autem longitudinem comparatam articulorum habe seu antennarum formulam: 13 articuli, a primo, inter se longitudine sunt ut numeri: 6:5:12:14:11:11:8:8:6:5,5:5:5,5:11,5. Unde liquido constat 4<sup>um</sup> articulum longiorem esse tertio, ac sequentes non gradatim decrescere. Articuli omnes pilis longissimis, albis, erectis instructuntur. Medietas apicalis antennae satis crassior tertio articulo, ut etiam in aliis formis agamicis hujus generis fieri amat.

*Thorax.* — Mesonotum antice pilis luteo albis longis frequentibus instructum; in medio, immo et postice, fere glabrum (pili fere prostant tantum secundum sulcos). Superficies nitida et laevis — postice tamen valde parce punctata (antice inspicere ob pilos non poteris). Sulci parapsidales ad partem anticam excurrunt; sulcus medius brevissimus, postice duntaxat conspicuus. Sulci laterales fere evanidi; accessorii non prostant conspicui. Superficies scutelli nitens, fre-

quantibus ac longis pilis instructa, medietate basali parcissime punctata (caeterum laevi), medietate apicali carinis transversis et perpaucis punctis praedita. Pleurae longis pilis ornatae, si mediam partem excipias nitentem et laevem. Carinae metanoti duplici curvatura (concavitas partem internam mesophragmatis respicit) gaudent, ita ut postice invicem propius quam antice accedant.

Alae ciliatae, hyalinae (juxta venam 1<sup>am</sup> radialem non-nihil infuscatae); cellula radialis longa — fere quater longior




Fig. 37.— *Diplolepis divisa* gen. agamica. — Cellula radialis aperta in basi, in margine et in apice.  $\times 50$ . (Original).

quam latior —, aperta in margine, in apice et etiam in basi (fig. 37). Vena 2.<sup>a</sup> radialis in apice late incrassata.

*Abdomen.* — Valde nitens, laeve, fere glabrum — tantum lateraliter antice pilorum globum conspicies; postice etiam aliquot videbis pilos. Spinula ventralis pilis longis et erectis ita obtegitur, ut ejus longitudinem videre non possis. Secundum tergum fere dimidium abdominis superne contegit. Praeterea etiam in parte superna quasi linguam efficit vel tegulae formam exprimit; idem accidit, attamen multo minus clare, in duobus vel tribus sequentibus. Haec nota communis est omnibus hujus generis speciebus.

**Cecidia.** — Glabra, um tanto luzidia, amarellada, no tempo da maturação brúnea ou brunete, de forma um tanto variável, umas vezes quási esférica (Estampa III, fig. 20), outras um tanto comprimida por cima e na parte inferior, ou

aínda comprimida de dois lados, por forma que se alonga um pouco (Estampa III, fig. 22); pode até apresentar em tôda a volta uma depressão a modo de anel, no dizer de alguns autores, anel que eu nunca vi contudo. Parede bastante grossa — cêrca de 1 mm. — e dura. Uma só câmara larval, situada no centro, ellíptica — 3 mm. de comprimento por 1,5 mm. de largo — com parede pouco distincta (Est. III, fig. 22).

O tamanho da cecídia pode attingir 7 mm.; muita vez porém não ultrapassa 4,5 ou 5 mm. Está situada sempre na face inferior do limbo, inserida directamente, sem pedículo e em pequena extensão numa nervura secundária, da qual resulta um pequeno sulco na base da cecídia (Estampa III, fig. 7).

No princípio de outubro, já o insecto está completamente criado; conserva-se contudo na câmara larval geralmente até ao princípio de novembro em que começa a apparecer, continuando a sahida no mês de dezembro. Começam as cecídias a despontar nas fôlhas no fim de abril. Muita vez, as cecídias estão parasitadas e são deformadas ou ficam bastante mais pequenas (Estampa III, fig. 20a).

DISTR. GEOGR.: Quási tôda a Europa: Portugal, Espanha, França, Bélgica, Inglaterra, Alemanha, Itália, Áustria, Hungria, Sérvia, Argélia e Tunísia.

DISTR. CHOROGR.: Portugal. Na *Quercus pedunculata* Ehrh. — Só em o Norte, desde o Bussaco, não tendo até agora sido observadas mais para o Sul. Bussaco, Villa-do-Conde, Bom Jesus, Gerês, Faço-de-Sousa (Douro) e Vianna-do-Castello. Espanha. Na *Quercus pedunculata* Ehrh. — La Guardia, Rosal, Tuy, Redondela, Mondariz, Caldas de Reys, Pontevedra, Santiago, Carballino (Orense), Humoso (Orense). Commum

nas Províncias do Norte, por ex. em Covadonga (Tavares), nas Astúrias. Na *Quercus lusitanica* Lam. — Carballino (Orense), Uclés (Cuenca).

O Sr. Cogolludo, l. c., p. 29, menciona esta espécie das *Quercus pedunculata* Ehrh., *lusitanica* Lam. e *Toza* Bosc de várias localidades; como porém é fácil confundir-lhe a cecídia com a de *Diptolepis disticha* Hart., como se vê na descrição que aí faz, melhor será esperar confirmação, mòrmente no que diz respeito a *Quercus Toza* Bosc, onde não foi até agora encontrada seguramente.

b) Generatio sexualis = *Dryophanta verrucosa* Mayr  
= *Spathegaster verrucosus* Schlecht.

*Spathegaster verrucosus*, Schlechtendal, in Ent. Zeit. Stettin, v. 31, p. 389, 1870; *Dryophanta verrucosa*, Mayr, in Eur. Arten gallenbew. Cynip., p. 35, 1882; *Dryophanta verrucosa*, P. Cameron, in Monogr. Brit. Phytoph. Hym., v. 4, p. 127, Tab. 2, fig. 4a; Tab. 16, fig. 1a, 1893; *Dryophanta verrucosa*, Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, p. 622, Pl. 2, fig. 10, 1899-1901; *Diptolepis divisa* gen. sex., von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., p. 349, 1910.

Longitudo corporis: ♂ 2,3 mm.; ♀ 2,5 mm.

*Color.* — Niger, praeter antenas bruneas, primis 4 articulis bruneo rubris, ac praeter pedes luteos (medietas tamen basalis coxarum fere nigra, medietas apicalis bruneo lutea), ac praeter spinulam luteo rubram. Extrema pars tergitorum abdominis bruneo rubra. Alarum venae bruneo luteae. In ♂ antennae perbruneae, fere nigrae, sunt, si secundum articulum demas bruneo rubrum.

*Caput.* — Fere glabrum, ruguloso coriaceum.

Antennae ♀ 13-articulatae, pilis longis non instructae, articulis a 3º ad penultimum subcylindricis, vix crassioribus in medietate apicali quam in 3º articulo.



Antennarum formula, seu longitudo comparata articulorum omnium haec est: 7:5:12:9:9:9:9:7,5:6,5:6:6:5:5:8,5<sup>(1)</sup>. Longitudinem absolutam, hanc habe: articulus 1<sup>us</sup> 146  $\mu$  longus; 2<sup>us</sup> 104  $\mu$  longus, 94  $\mu$  crassus, ergo vix longior quam crassior; 3<sup>us</sup> 250  $\mu$ ; 4-6, aequales, 188  $\mu$ ; 7<sup>us</sup> 156  $\mu$ ; 8<sup>us</sup> 135  $\mu$ ; 9-10, aequales, 125  $\mu$ ; 11-12 aequales, 104  $\mu$ ; 13<sup>us</sup> 177  $\mu$  longus. Ergo antennae ♀, quas mensus sum, 1,990 mm. seu ferme 2 mm. aequabant.

tas partem posticam scutelli respicit). Carinae metanoti ad medium usque ferme rectae et parallelae, a medio autem arcuatae (concurrit utriusque carinae se invicem respicit); spatium, quod complectuntur, carinulis anastomosatis in nidulos parum conspicuos dividitur. Aliquando tamen carinae sunt rectae tantum in brevissimo spatio, ita ut in medio iam sint arcuatae.

Alae hyalinae, ciliatae et in omnibus meis speciminibus (plusquam ducenta, e dissitis regionibus Peninsulae Ibericae) completae sunt in ♂; nullam ♀ apteram vel alis minimis et




Fig. 44 — *Biorhiza pallida* (Ol.) generatio sexualis. Cellula radialis aperta in basi, in margine et in apice. *a*, areola; *v. c.*, vena cubitalis prima; *v. b.*, vena basalis; *v. m.*, vena media; *v. s.*, vena subcostalis. Articulus 2<sup>us</sup> et 3<sup>us</sup> antennarum ♂.  $\times 67,5$ . (Original).

incompletis hucusque inveni in Hispania et Lusitania. Tantum in aliquibus speciminibus typicis, alae non erant totaliter explicatae. Areola prostat conspicua. Cellula radialis longa — aliquanto plus triplo longior quam latior —, aperta in margine, et etiam aliquanto in basi et in apice (fig. 44). Raro cellula clausa est tantum in basi; quandoque videbis cellulam clausam in basi et in apice; semel conspexi clausam partem basalem marginis. Vena 1<sup>a</sup> radialis quandoque geniculata; vena autem 1<sup>a</sup> cubitalis usque ad medium venae basalis excurrit (fig. 44), vel longe ab ea desinit. Vena 2<sup>a</sup> radialis saepe in apice aliquantum est incrassata.

Unguiculi tarsorum simplices.

*Abdomen.* — Aliquanto longius quam altius, non vel parum compressum, laeve, nitens, fere glabrum (tantum aliquot pilos antice lateraliter, et in spinula videbis). 2<sup>um</sup> tergum circiter  $\frac{1}{3}$  abdominis cooperit. Spinula ventralis, pilis longis circumdata, aequae crassa atque longa —  $83 \times 83 \mu$  —, vel crassior quam longior.

Pediculus abdominis laevis, crassior quam longior —  $125 \times 167 \mu$  —. Terebra longa, cuspidata, sex denticulos in uno latere, satis longe a cuspidate ( $83 \mu$ ), sistit. In aliis ♀♀ terebra a summo apice est denticulata. Quando ima pars cuspidis est laevis et sine denticulis, saepe eam bipartitam videbis.

**Annot.** — Cynips in Peninsula Iberica, contra atque in aliis regionibus frigidioribus fit, e cecidio egreditur exeunte aprili et per totum mensem maium primi anni. In aliis Europae regionibus mense tantum julio exit. Foemina, post fecundationem, in terram juxta truncum penetrat et usque ad radículas excurrit, ubi ovum ponit. Cecidia eodem loco gignuntur, unde per hiemem foemina aptera prodit et gemmas quercus petit ut novae generationi sexuali vitam tribuat.

Saepe mihi accidit, ut cecidia quaedam, a me conservata, tantum foeminas vel tantum mares ederent. Jam olim Adler hoc idem sibi accidisse animadvertit. In apibus differentia sexus pendet a foecundatione, ita ut ova foecundata semper foeminas, non foecundata vero semper mares gignant. Hic omnes foeminae sunt virgines, cum desint semper mares; ova sunt idcirco parthenogenetica. Dicendum igitur aliquas esse foeminas quae solum mares, alias quae solum foeminas, alias autem quae simul mares et foeminas gignere possunt. Cur autem id fiat, fateor me nescire, nec vero verecundia afficior meam ignorantiam in hac re notam facere, cum mysteriis naturalibus ubique circumdemur.

In Peninsula Iberica haec species multum variat colore. Hac de causa, cum jam olim Kieffer *Biorhizam pallidam Mirbecki* constituerit, cui varietates hispanicae non concordant, opus est novas varietates constituere, quas, ob rationes saepius a me allatas, subspecies appellandas duxi. Hae novae subspecies sunt *Codinae, hispanica et lusitanica*.

**CONSPECTUS SUBSPECIERUM BIORHIZAE PALLIDAE (Ol.)**

1. Color uniformis, luteo ruber, praeterquam in antennis . . . . . **B. pallida** (typus)  
 — Color non uniformis . . . . . 2
  
2. Caput et thorax colore luteo rubro vel subrubro luteo, vel subbruneo luteo rubro; suturae thoracis coloris obscurioris; abdomen nigrum vel bruneum. Antennae plerumque ♀♀ 14-articulatae . . . . .  
 . . . . . **B. pallida Codinae**
  
- Caput, thorax et abdomen subbruneo luteo rubra, quandoque abdomen est bruneum, nigricans vel fere nigrum. Antennae ♀ plerumque 15-articulatae; ♂ vero 15- vel 16-articulatae . . . **B. pallida hispanica**
  
- Caput et abdomen coloris bruneo lutei, vel brunei. Metanotum semper bruneum vel perbruneum; caeterae partes thoracis colore variant, sed ita ut color bruneo luteo ruber servetur saltem in pleuris. Antennae ♂ 15-articulatae . . . . . **B. pallida lusitanica**
  
- Caput bruneo nigrescens; thorax rubro testaceus; mesonotum vitta nigra circumdatum, praesertim in basi; abdomen fere nigrum; pedes testacei nigrescentes. Foeminae omnino apterae. **B. pallida Mirbecki**

**DESCRIPTIO SUBSPECIERUM**

1) **Biorhiza pallida** (typus)

Pro typo hujus speciei habeo specimina coloris clari atque uniformis ubique — luteo rubri —, praeterquam in medietate apicali antennarum, ubi color subbruneo luteo ruber praevallet. Est mihi tamen ♂ e Lusitania, in quo medietas distalis



antennarum vix subbruneo luteo rubra dicenda; color enim fere idem est atque in medietate basali — luteo ruber.

Mihi tantum ♀♀ sunt, 15-articulatae; quandoque tamen articuli 14-15 non sunt complete separati. Alae completae, sed aliquando non totae explicatae.

DISTR. CHOROGR.: Espanha: *Quercus pedunculata* Ehrh. — Ribeira do Tamuje (Rosal, Pontevedra). Sahiram na 2.<sup>a</sup> quinzena de maio do 1.<sup>o</sup> anno 26 fêmeas, nenhum macho!

Portugal: *Quercus humilis* Lam. — Estoril. Um só ♂.

## 2) *Biorhiza pallida* Codinae nov. subsp.

A typo differt:

1) Colore, praesertim abdominis. Caput et thorax subbruno lutea, vel luteo rubra (specimina Barcinonis), aut subbruno luteo rubra (specimina Brigantiae in Lusitania); omnes suturae thoracis et sulci coloris obscurioris sunt, ita ut valde conspicue appareant; antennarum medietas apicalis semper colore obscuriore, subbruneo vel bruneo luteo rubro; primi 4-6 articuli coloris thoracis; pedes immaculati lutei vel subrubro lutei; abdomen bruneum, nigrum vel bruneo rubro luteum, quandoque transverse nigro virgatum;

2) Antennis ♀ constanter 14-articulatis;

3) Statura saepe pusilla ♀—1,5-2,3 mm. in speciminibus Barcinonis; statura autem speciminum Brigantiae est normalis.

Hanc subspeciem cl. A. Codina, e Musaeo Biologico Barcinonensi, qui eam, studii causa, ad me misit, libens dicavi.

In ea, mares videntur rarissimi, nam e septem cecidiis Barcinonis, de quibus infra dicendum, 59 ♀♀ mihi adoleverunt, nullus ♂; de cecidiis vero brigantinis exierunt 44 ♀♀ et 5 ♂♂, quorum antennae 15-articulatae sunt.

DISTR. CHOROGR.: Espanha. As cecídias desta subespécie, semelhantes às do typo, foram-me enviadas de Barcelona pelo Sr. Ascêncio Codina que as colheu na *Quercus Robur* L. em Seva (Vich). Por isso lhe honro o nome, dando-o à subespécie.

Os insectos, todos fêmeas em número de 59, sahiram das sete cecídias nos fins de maio do 1.º anno. São todos de côr um pouco mais clara do que os dos exemplares de Bragança; além disso, são bastante mais pequenos que o tamanho normal, não excedendo o comprimento 1,5-2,3 mm. (o tamanho normal é cêrca de 3 mm.). Portugal. As cecídias da *Quercus Toza* Bosc, de que sahiram os meus exemplares — 44 ♀♀, 5 ♂♂ — foram-me enviadas de Bragança, pelo Sr. Professor António Maria Rodrigues.

### 3) *Biorhiza pallida hispanica* nov. subsp.

A typo colore satis quidem uniformi, sed plus minusve obscuriore, distinguitur. Color ubique subbruneo luteo ruber, vel, si quando est luteo ruber, aliquanto obscurior quam in typo, saepe in abdomine bruneus, immo nigricans vel fere niger. Antennae bruneae, praeter 4 vel 5 primos articulos coloris thoracis. ♂ antennae 15- vel 16-articulatae; ♀ vero plerumque 15-articulatae. Longitudo corporis: ♂ 2-3 mm.; ♀ 3 mm.

DISTR. CHOROGR.: Espanha. Na *Quercus pedunculata* Ehrh. — Bastante commum na Galliza, mas sempre em pequena quanti-

dade. Tenho exemplares de insectos de Redondella, Pontevedra e Oya.

Na *Quercus Toza* Bosc. — San Martín de Trevejo (Cáceres).

Portugal. Na *Quercus humilis* Lam. — Estoril. Uma só ♀.

#### 4) *Biorhiza pallida lusitanica* nov. subsp.

A typo colore multo obscuriore differt. Caput et abdomen bruneo luteum, quandoque tamen plus minusve bruneum; antennae brunae, primis articulis aliquanto clarioribus. Thorax nunquam uniformiter bruneus, sed saltem pars pleurarum bruneo luteo rubra, qui quidem color saepe ad alias partes thoracis extenditur, si metanotum excipias, qui semper est bruneus vel perbruneus. Pedes subbruneo luteo rubri.

Hujus subspeciei ♂♂ multi mihi sunt — 34 specimina — quorum antennae sunt 15-articulatae; longitudo corporis 2-3 mm. Tres tantum mihi sunt ♀♀; duarum antennae 14-articulatae, tertii speciminis sunt 15-articulatae.

DISTR. CHOROGR.: Portugal. Na *Quercus Toza* Bosc — S. Miguel de Acha (Idanha-a-Nova, na Beira Baixa), e sem dúvida desde Castello Branco até à Guarda.

Na *Quercus humilis* Lam. — Estoril.

#### 5) *Biorhiza pallida Mirbecki* (March.)

«Tête d'un brun noirâtre, thorax rouge testacé, teinté de noir tout autour du mesonotum, surtout à la base, abdomen presque noir, pattes testacées nigrescentes. Femelles entièrement aptères. Pour le reste semblable au type. Taille ♀:

2 mm.,: ♂: 1,8 mm.» (Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, p. 596, 1897-1901).

Esta subespécie, originária da Kabylia e criada na *Quercus lusitanica* var. *Mirbecki*, não foi até agora encontrada na Península Ibérica.

**Cecídia.**—A cecídia da *Biorhiza pallida* é igual em tôdas as quatro subespécies e por isso a descrevo aqui independentemente dellas. Por ser uma das primeiras a apparecer, ao rebentar da folhagem, por ser elegante e parecida com um pomo, esta é uma das cecídias mais conhecidas do povo. Os franceses chamam-lhe *pomme de chêne*; os alemães, *Eichen-Apfel*; os ingleses, *oak-apple* ou *King-Charles's apple*. Os catalães appellidam-nas *Sacanellas* (Campodrón, Gerona), *ballarucs* (costa de Barcelona) e *camarullles*. O nosso povo dá-lhes o nome de *maçãs de cuco*, *cucas* ou *cucos*, por suppôr que é o cuco que as produz nos gomos novos com o cuspo! Nome semelhante dão-lhe igualmente os gallegos. Mais ainda: em vários lugares os garotos comem as cucas novas, como se foram frutos!

São elegantes, grandes — podem attingir o tamanho de maçã regular —, branco amarelladas, às vezes com laivos côr de rosa, ou mesmo vermelhas ou rosadas, cobertas exteriormente por uma membrana muito delicada, fina e grabra. O tecido interno é esponjoso e encerra grande número de câmaras larvais (Est. II, fig. 4), independentes, pequenas e com parede delgada e lenhosa. No princípio da primavera, ao despontar das fôlhas, apparecem na ponta dos raminhos, raro lateralmente, como transformação dos gomos, cujas escamas coroam a cecídia e cahem precocemente. Vê-se pois que apparecem na 2.<sup>a</sup> quinzena de março e na primeira de abril, tempo em que se mostra entre nós o cuco, como a justificar a credence popular de *maçãs de cuco*. Os insectos sahem da cecídia na Península na 2.<sup>a</sup> quinzena de abril e por todo o mês de maio; noutras nações de temperatura menos benigna não apparecem senão em julho do 1.<sup>o</sup> anno. Por tanto não fazem excepção à regra geral das cecídias das gerações

sexuais, que se criam rapidamente no princípio da primavera, apparecendo os cecidozóides geralmente em abril-julho.

Por ser grande, precoce e de tecido esponjoso, cria grande número de parasitas e commensais. Em Portugal e Espanha foram vistas as cecídias nas seguintes espécies de *Quercus* — *lusitanica* Lam., *pedunculata* Ehrh., *Toza* Bosc e *humilis* Lam.

- PARASITAS : *Plinus fur* L.  
*Syntomaspis caudata* Nz.
- COMMENSAIS : *Synergus pomiformis* Fonsc., junho do 1.º anno.  
*Synergus umbraculus* (Oliv.), maio do 1.º anno; outubro do 1.º anno.  
*Synergus umbraculus histrio* Kieff., maio e junho do 1.º anno.  
*Synergus umbraculus pseudo-histrio* Tav., maio do 1.º anno.  
*Synergus gallae-pomiformis* (Fonsc.), junho do 1.º anno.

DISTR. GEOGR. : Quási tôda a Europa, Norte da África, Ásia Menor.

DISTR. CHOROGR. : Espanha. Na *Quercus pedunculata* Ehrh. É commum, posto que pouco abundante, na Galliza: Tamuje (Rosal), Oya, Redondela, immediações de Pontevedra.

Na *Quercus Toza* Bosc. — Carballino (Orense), San Martín de Trevejo (Cáceres), Moncayo (Zaragoza), Escorial (Madrid) (segundo o Dr. Cogoludo).

Já tinha sido vista e descripta em 1808 por P. R. N. em San Ildefonso (Segovia) e San Lorenzo (Madrid) no *Roble común* e no *Quejigo*.

Portugal. Esta cecídia é commum de norte a sul em tôda a parte onde vegetam as *Quercus Toza*, *pedunculata*, *lusitanica* e *humilis*.

Vou indicar algumas localidades.

Na *Quercus pedunculata* Ehrh. — Bussaco, Gerez.

Na *Quercus lusitanica* Lam. — Setúbal, Matta do Collégio do Barro e Cadriceira (Tôrres Vedras), Quinta de Pancas (Alemquer), Cintra, na Quinta dos Fornos (Lousa, Castello Branco).

Na *Quercus Toza* Bosc. — Bragança. Desde Castello Branco até à Guarda, foi por mim vista a cecídia em vários lugares.

Na *Quercus humilis* Lam. — Monte Estoril (Lisboa).

#### b) Generatio agamica

*Cynips aptera*, Bosc, in Bull. Soc. philom. Corresp., p. 18, 1791; *Diplolepis aptera*, Latreille, in Hist. Crust. Ins., v. 13, p. 209, 1805; *Apo-phyllus apterus*, Hartig, in Z. Ent. Germar, v. 2, p. 193, 1840; *Biorhiza aptera*, Mayr, in Eur. Arten gallenbew. Cynip., p. 32, 1882; *Biorhiza aptera* Beijerinck, in Verh. Akad. Amsterdam, v. 22, p. 62, 1882; *Biorhiza aptera*, Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, p. 585, pl. 3, fig. 6, pl. 10, fig. 4, 1898-1901; *Biorhiza aptera*, Tavares, in Brotéria, v. 4, p. 60, 1905; *Biorhiza pallida* gen. agamica, von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., p. 400, fig. 110-111, 1910.

Longitudo corporis: ♀ 3,5-5,8 (secundum von Dalla Torre u. Kieffer).

Haec forma non adest in mea collectione, ideoque huc descriptionem Kiefferi (l. c., p. 585) transcribere mihi liceat:

« Base du scutellum avec un sillon transversal. Toujours complètement aptère. D'un rouge testacé; antennes à l'ex-

ception des premiers articles, et la moitié postérieure de l'abdomen plus ou moins bruns. Tiers antérieur ou parfois la moitié antérieure du mesonotum grossièrement ponctué; sillons parapsidaux tantôt distincts et percurrents, tantôt indistincts; mésopleures ponctuées et abondamment velues. Sillon des joues très distinct.»

**Cecidia.** — As cecídias desta forma criam-se nas raízes de várias espécies de carvalhos. Eis como as descrevi na minha «Synopse das Zoocecídias Portuguezas» (*Brotéria*, v. 4, 1905, p. 60):

«Cecidias inseridas nas radicellas (raro nas raizes de grande diametro), umas vezes esfericas, pequenas (do tamanho de um grão de milho, ou menos ainda), e uniloculares; outras, pluriloculares e maiores; já soldadas em grupos, já todas separadas. Estão situadas bastante fundo, na terra (até um metro, segundo Kieffer). Antes da sahida do Cynipide, conservam-se carnudas; depois endurecem e fazem-se lenhosas. Forma agamica da *Biorhiza pallida*.

Devem crescer pelo menos nas *Quercus lusitanica*, *pedunculata* e *Toza*, pois a forma sexuada produz cecidias nestas especies de carvalhos, nos lugares onde não há outros, e este Cynipide não tem azas e por isso não pode ir longe. D'aqui se vê que onde crescer a cecidia da *Biorhiza pallida*, ahi mesmo ou perto se deve crear a *Biorhiza aptera*, sendo por isso a distribuição chorographica a mesma.»

**DISTR. GEOGR.:** Pouco mais ou menos a mesma que a da forma sexuada.

**DISTR. CHOROGR.:** Portugal. As cecídias desta fórmula não são fáceis de descobrir, por estarem sempre enterradas. Eu só as encontrei uma vez na *Quercus Toza*, no Monte das Lameiras, entre S. Fiel e a Póvoa do Rio de Moínhos, Castello Branco.

Espanha. O Sr. Cogolludo cita a ce-

cídia de *Quercus pedunculata*, *Quercus sessiliflora* e *Quercus Ilex*, encontrada por F. de Gata, em Vigitudino (Salamanca). A última citação, relativa a *Quercus Ilex* L. é quasi certamente errônea, pois não creio que se crie na Azinheira. Mais uma prova da pouca auctoridade de Fernández de Gata.

## 12. Gen. *Neuroterus* Hartig

νεῦρον, nervus, fibra, τρίτην, tritus, consumptus,  
id est, sulci mesonoti evanidi.

*Cynips* (part.), Linnaeus, Syst. Nat. ed. 10, p. 343, 553, 1758; *Neuroterus* + *Spathogaster*, Hartig, in Z. Ent. Germar, v. 2, p. 185, 192, 1840; *Ameristus*, Förster, in Verh. Ges. Wien, v. 19 Abh., p. 330, 333, 1869; *Dolichostrophus*, Ashmead, in Trans. Amer. ent. Soc., v. 14, p. 129 (nota), 1887; *Neuroterus*, von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., p. 307, 1910.

Corpus plerumque parum pilosum, immo fere glabrum. Antennae ♀ 14- vel 15-articulatae in speciebus europaeis, ♂ 15-articulatae. Palpi maxillares 3-, 4- vel 5-articulati; labiales vero 2- vel 3-articulati. Sulci parapsidales ut plurimum evanidi, quandoque conspicui, sed raro ad partem usque anticam mesonoti excurrentes. Alii sulci (laterales, medius, accessorii) fere semper desiderantur. Mesonotum, scutellum, pleurae laevia, coriacea aut carinata. Scutellum nulla sutura, sed sulco profundo, lato, arcuato a mesonoto dividitur.

Alae ciliatae, totae hyalinae, vel hyalinae quidem sed alicubi infuscaetae, praesertim juxta venas praecipuas, vel tandem solum translucidae et magnam partem infuscaetae. Cellula radialis aperta in basi, in margine, in apice, vel tantum aperta



in margine (margo in speciebus europaeis rarissime tota clauditur). Tarsorum unguiculi simplices vel bidentati.

Abdomen in ♂ valde parvum, ut plurimum longo pediculo impositum. In quatuor speciebus europaeis, abdomen prima




Fig. 45—Abdomen *Neuroteri albipedis lusitanici* Tav.  $\times 28,46$ . (Original).

fronte lateraliter inseritur thoraci (fig. 45), quo fit ut abdomen videatur crassius quam longius. Inde fit etiam ut spinula ventralis, saltem quandoque, longe ab extremitate abdominis prostet.

In hoc genere duplex adest generatio — sexualis scilicet et agamica. Sed pili longi antennarum, pedum et spinulae, qui adsunt in generatione agamica specierum generis *Diplolepis*, hic desiderantur. Praecipuum discrimen generationis agamicae et sexualis, praeter ♂, est major longitudo

articulorum 3-6 antennarum in ♀ agamica.

Hujus generis 50 cognoscuntur species, quibus aliam novam hic addo. Vitam ducunt in Europa, Africa Septemtrionali, Asia Minore et America, cecidogenicae in Quercubus. Species europaeae numerantur 14; subspecies octo. Ex his vivunt in Peninsula Iberica octo species et quinque subspecies. Cum autem omnes species europaeas, praeter unam, studio subjecerim, earum descriptionem lectori offeram.

**CONSPECTUS SPECIERUM GENERIS NEUROTERI,  
QUAE IN EUROPA DEGUNT**

1. Longitudo corporis 1 mm. non praetergreditur; scutellum et mesopleurae laevia. — Austria, Hungaria, Italia . . . . . **Neuroterus minutulus**
- Longitudo corporis 1 mm. semper excedit vel, cum non excedit, mesopleurae et scutellum non laevia . . . . . 2
  
2. Abdomen in speciem lateraliter thoraci insertum (fig. 45, p. 68); spinula ventralis ut plurimum longe ab extremitate abdominis posita . . . . . 3
- Abdomen in speciem non lateraliter insertum, ita ut axis major abdominis continuatio sit axis corporis; spinula ventralis juxta extremitatem corporis posita. . . . . 8
  
3. Caput et thorax satis pilosa, alae magnae, longiores corpore. — Belgium, Italia, Hungaria, Austria, Asia Minor . . . . . **Neuroterus macropterus**
- Caput et thorax fere glabra, alae non magnae, breviores corpore . . . . . 4
  
4. Cellula radialis angusta et aequalis latitudinis fere in tota longitudine, sexies longior quam latior. — Austria, Hungaria. . . . . **Neuroterus obtectus**
- Cellula radialis satis latior in medietate basali quam in medietate distali . . . . . 5
  
5. Cellula radialis tantum in margine aperta; scutellum laeve, fere glabrum; mesonotum laeve. — Italia, Austria, Hungaria, Serbia, Asia Minor . . . . . **Neuroterus lanuginosus**
- Cellula radialis aperta in margine; in basi et in apice aperta vel clausa; scutellum rugoso coriaceum; mesonotum leniter coriaceum . . . . . 6

6. Alae totae hyalinae . . . . . 7  
 — Alae duplici parvula macula insignitae, nempe in radiali cellula et in vena media. — Gallia, Germania . . . . . **Neuroterus albipes reflexus**
7. Color uniformiter niger, exceptis antennis et pedibus.  
 — Europa Australis et Centralis, Africa Septemtrionalis, Asia Minor . . . **Neuroterus albipes laeviusculus**  
 — Color non uniformiter niger, sed plus minusve luteo ruber, exceptis pedibus et antennis. — Lusitania, Hispania . . . . . **Neuroterus albipes lusitanicus**
8. Alae totae hyalinae, nullibi infuscatae . . . . . 17  
 — Alae hyalinae quidem, sed saltem juxta praecipuas venas infuscatae . . . . . 11  
 — Alae non hyalinae, sed tantum translucidae, magnam partem infuscatae . . . . . 9
9. Thorax niger vel quandoque metanotum, pectus et latera antica thoracis subrubra (pleurae semper nigrae) . . . . . 10  
 — Thorax luteus, subbrunneo luteus vel subrubro luteus. — Lusitania . . . . . **Neuroterus tricolor ulysipponensis** nov. subsp.
10. Terebra valde brevis; spinula ventralis  $2\frac{1}{2}$  longior quam crassior; pleurae vix coriaceae, non carinatae. — Lusitania, Hispania, Gallia, Italia, Austria, Britannia, Germania . . . . . **Neuroterus tricolor** generatio sexualis  
 — Terebra valde longa; spinula ventralis  $1\frac{1}{2}$  longior quam crassior; pleurae leniter carinatae. — Lusitania, Hispania, Gallia, Britannia, Germania, Italia, Austria, Asia Minor, Africa Septemtrionalis . . . . . **Neuroterus tricolor** gen. agamica
11. Mesonotum laeve; pleurae fere laeves, vix aut ne vix quidem carinatae. — Lusitania, Hispania, Gal-

- lia, Britannia, Germania, Bulgaria, Asia Minor . . .  
 . . . . . **Neuroterus numismalis** gen. sexualis  
 — Mesonotum leniter coriaceum; pleurae non laeves . 12
12. Pleurae ut plurimum coriaceae, superne et inferne  
 aliquantum carinatae. — Europa Australis et Cen-  
 tralis, Rumelia, Montenegro, Asia Minor, Argelia .  
 . . . . . **Neuroterus numismalis** gen. agamica  
 — Pleurae nunquam coriaceae . . . . . 13
13. Terebra brevissima; spinula ventralis circiter du-  
 plo longior quam crassior. — Tota Europa, Africa  
 Septemtrionalis, Asia Minor . . . . .  
 . . . . . **Neuroterus quercus-baccarum** gen. sex.  
 — Terebra longissima; spinula ventralis plusquam du-  
 plo longior quam crassior . . . . . 14
14. Antennarum 3<sup>us</sup> articulus aliquanto brevior 4<sup>o</sup>; cor-  
 pus nigrum praeter pedes et antennas. — Tota Eu-  
 ropa, excepta Peninsula Iberica, Africa Septentrio-  
 nalis, Asia Minor . . . . .  
 . . . . . **Neuroterus quercus-baccarum lenticularis**  
 — Antennarum 3<sup>us</sup> articulus 4<sup>o</sup> longior; corpus non  
 nigrum . . . . . 15
15. Pedes toti lutei — excepta ad summum medietate  
 basali coxarum bruneo lutea; caput ac thorax lu-  
 tea vel rubra, maculis nigris, majoribus vel mino-  
 ribus, insignita; abdomen nigrum vel bruneum,  
 quandoque rubro virgatum aut in rubrum vergens;  
 primis duobus antennarum articulis luteis, caeteris  
 bruneis. — Lusitania, Hispania . . . . .  
 . . . . . **Neuroterus quercus-baccarum histrio**  
 — Pedes non toti lutei, sed brunei, bruneo rubri, vel  
 bruneo lutei, saltem in medietate basali coxarum  
 et in femoribus; caput et thorax nigra, brunea,  
 bruneo rubra, vel bruneo lutea, raro rubra, macu-  
 lis nigris, majoribus vel minoribus, distincta; an-

- tennarum articuli omnes brunei, immo et perbrunei, quandoque tamen articuli 1-2 clariores, immo lutei. 16
16. Abdomen nigrum vel bruneum, raro in rubrum vergens. — Lusitania, Hispania . . . . .  
 . . . . . **Neuroterus quercus-baccarum hispanicus**  
 — Abdomen nigrum vel bruneum, semper rubro virgatum vel saltem maculis rubris vel rubro bruneis decoratum. — Hispania, Lusitania . . . . .  
 . . . . . **Neuroterus quercus-baccarum intermedius**
17. Sulci parapsidales plus minusve conspicui . . . . . 18  
 — Sulci parapsidales non conspicui. . . . . 20
18. Sulci parapsidales percurrentes, seu ad partem usque anticam mesonoti perducti . . . . . 19  
 — Sulci parapsidales non percurrentes, tantum postice conspicui, ubi tamen quandoque evanescent. — Europa Australis et Centralis, Rumelia, Montenegro, Asia Minor . . . . . **Neuroterus numismalis** gen. sex.
19. Antennae ♀ 15-articulatae; scutellum obsolete carinatum; spinula ventralis triplo longior quam crassior. — Fere tota Europa et Africa Septemtrionalis . . . . . **Neuroterus albipes** gen. sex.  
 — Antennae ♀ 14-articulatae; scutellum transverse rugulosum; spinula ventralis sesquialongior quam crassior. — Lusitania, Hispania, Gallia, Britannia, Hollandia, Germania, Italia, Austria, Hungaria, Montenegro, Turcarum regnum, Asia Minor . . . . . **Neuroterus apilinus** gen. sex.
20. Mesonotum leniter coriaceum . . . . . 21  
 — Mesonotum laeve . . . . . 22
21. Mesonotum in ♀ leniter coriaceum; pleurae coriaceae. — Lusitania, Hispania, Italia, Austria, Hungaria, Tunisia . . . . . **Neuroterus glandiformis**  
 — Mesonotum in ♀ leniter coriaceum, in ♂ vero fere

laeve; pleurae carinatae. — Lusitania . . . . .  
 . . . . . **Neuroterus cardiguensis** nov. sp.

92. Pleurae fere laeves, vix coriaceae; scutellum coriaceum; cellula radialis valde longa, plusquam sexies longior quam latior. — Lusitania, Hispania, Italia, Austria, Hungaria, Argelia, Tunisia . . . . .  
 . . . . . **Neuroterus saliens**
- Pleurae leniter coriaceae; scutellum laeve; cellula radialis non valde longa, circiter  $4\frac{1}{2}$  longior quam latior. — Austria . . . . . **Neuroterus cerrifloralis**
- Pleurae laeves; scutellum paucis carinis anastomosatis instructum; cellula radialis non valde longa, circiter quater longior quam latior. — Lusitania, Hispania, Gallia, Britannia, Germania, Austria . . . . .  
 . . . . . **Neuroterus aprilinus** gen. agamica

### 1. **Neuroterus albipes** (Schenck)

#### a) Forma sexualis

*Spathogaster albipes* Schenck, in Jahr. Ver. Nassau, v. 17, 18, p. 207, 227, 1863; *Neuroterus albipes* Mayr, in Eur. Arten gallenbew. Cynip., p. 39, 42, 1882; *Neuroterus albipes* Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, p. 658, pl. 12, fig. 9, 1900-1901; *Neuroterus albipes*, Tavares, in Brotéria, v. 4, p. 76, Estampa 5, fig. 13, Estampa 9, fig. 12, 16, 1905; *Neuroterus albipes* gen. sexualis von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., fig. 28, p. 315, 1910.

Longitudo corporis: ♂, 1,2-1,8 mm.

*Color.* — Niger; antennae bruneae, praeter articulum  $1\mu\text{m}$  subbrunneo luteum et art. 2-3 luteos vel subbrunneo luteos. Pedes lutei, praeter coxas bruneas vel luteo-bruneas, et quandoque praeter femora, saltem in medietate basali, plus minusve brunea vel subbrunea, et etiam quandoque praeter tibiam posticam bruneam in medietate basali. Articulus tarsorum ultimus niger vel bruneus. Alarum venae bruneae.

*Caput.* — Leniter coriaceum, nitens, fere glabrum. In facie, juxta os, parvum specus prostat, ut in forma agamica etiam fit. Antennae ♀ 15-articulatae, articulis apicalibus satis crassioribus quam 3<sup>us</sup> articulus; a 7<sup>o</sup> articulo lineolis longitudinalibus albidis insignitis, a 3<sup>o</sup> subcylindricis, ultimo excepto valde breviter subovato.

Antennarum formula seu longitudo comparata articulo-  
rum his numeris exprimi potest: 3,5:3,5:7,5:7:6:5:4:4:3,5:  
3,5:3:3:3:2:2.

Longitudinem vero absolutam hanc habeas. Articulus 1<sup>us</sup> 73  $\mu$  longus; 2<sup>us</sup> 73  $\times$  62  $\mu$ ; ergo distincte longior quam crassior; 3<sup>us</sup> 156; 4<sup>us</sup> 146; 5<sup>us</sup> 125; 6<sup>us</sup> 104; 7-8, aequales, 83; 9-10, aequales, 73; 11-13, aequales, 62; 14-15 longitudine aequales, 42  $\mu$  longi. Ergo antennae ♀, quas mensuravi, 1,259 mm. aequabant.

Palpis studere supersedi. Probabiliter, ut in forma agamica, maxillares triarticulati, labiales vero biarticulati sunt.

*Thorax.* — Valde nitens, fere glaber. Mesonotum leniter coriaceum. Sulci parapsidales parum impressi, ad partem usque anticam, in meis quatuor speciminibus, excurrunt; alii




Fig. 46 — *Neuroterus albipes* (Schenck), gen. sexualis ♀.  
Cellula radialis tantum in margine aperta.  $\times 59$ . (Orig.).

sulci evanescent. Scutellum fere glabrum, transverse obsolete carinatum. Pleurae obsolete carinatae, glabrae. Unguiculi bidentati. Alae totae hyalinae et nullibi infuscaetae, ciliatae. Vena prima cubitalis ad medium venae basalis currit conspicua. Areola perbene conspicua. Apex venae 2<sup>ae</sup> radialis aliquantum incrassatus (fig. 46). Cellula radialis quater longior quam latior, in margine aperta, in 4 speciminibus,

quae mihi sunt, clausa in basi et in apice (fig. 46), sed probabiliter potest quoque, ut in forma agamica, aperiri in basi et in apice. Secunda vena subcostalis, circa venam 1<sup>am</sup> radialem, aliquantum incurvatur ac tenuatur.

*Abdomen.* — Valde nitens, laeve, fere glabrum. 2<sup>um</sup> tergum usque ad medium abdominis non excurrit, sed aliquanto plusquam tertiam partem abdominis tantum tegit. Spinula ventralis longa, triplo longior quam crassior ( $125 \times 42 \mu$ ), pilis patentibus, raris, circumdata. Terebra brevis, leniter dentata. Pediculus brevis.

*Annot.* — Cecidium brevi tempore alitur et maturescit. Insectum in Peninsula Iberica, contra atque in aliis fit regionibus, medio aprili jam e cecidio egressum est; perraro ad finem usque aprilis in cecidio perstat. Una tamen foemina, quae mihi est, die 1.<sup>a</sup> maii 1928 in Gallaecia e cecidio evolavit. Non raro folium, in quo cecidium alitur, cum jam insectum e cecidio exivit, adhuc crescit. Die 30 aprilis tres foeminas cepi, quae ova sub folio in nervum edebant. Mas nullus mihi est, ideoque illum describere non possum.

*Cecidia.* — E' pequenina — comprimento até 2 mm., grossura 1 mm. —, de forma ellipsóide ou mais ou menos oval (Est. IV, fig. 11), ao princípio peluda, depois glabra, salvo na *Quercus Toza* Bosc em que às vezes se conservam os pêlos espessos; inserida, no sentido do comprimento, raro ao alto ou então obliquamente, na margem do limbo que muita vez ahí fica chanfrado, e também na nervura média e mesmo no pecíolo. Quando se insere lateralmente em a nervura média, é coisa ordinária que o limbo fique recortado até esse ponto (Est. IV, fig. 11). Pode contudo a cecidia criar-se sobre o pecíolo ou sobre a nervura média e nesse caso não se vê corte algum no limbo. A parede da cecidia é muito fina e limita a câmara larval que tem a mesma forma que a cecidia. Esta é abundante e cria-se nos limbos que estão ainda crescendo. Em meados de abril do 1.<sup>o</sup> anno, as cecídias em Portugal e Espanha costumam estar já vazias; não obstante e como coisa excepcional, obtive uma ♀, em 1 de maio, de uma cecidia de *Quercus pedunculata* Ehrh., no Barrio de Saa (La Guardia, Galliza), em 1928. Em 30 de abril do mesmo anno,



colhi no mesmo lugar três ♀♀ que estavam pondo os ovos nas nervuras na face inferior do limbo da *Quercus pedunculata* Ehrh. Vê-se por tanto que as fêmeas, pouco tempo depois de sahirem da cecidia, são fecundadas e põem os ovos.

DISTR. GEOGR.: Tôda a Europa e Norte da África.

DISTR. CHOROGR.: Portugal. Na *Quercus lusitanica* Lam. — Matta do Collegio do Barro (Tôrres Vedras), Lousa (Castello Branco). Na *Quercus pedunculata* Ehrh. — Bus-saco, Bom Jesus (Braga). Na *Quercus Toza* Bosc. — Desde Castello Branco até à Guarda. Na *Quercus humilis* Lam. — Perto da Praia de Santa Cruz (Tôrres Vedras). Espanha. Na *Quercus pedunculata* Ehrh. — Camposancos (La Guardia), Tamuje (Rosal), Tuy, Pontevedra, Carballino (Orense), Santiago. Na *Quercus lusitanica* Lam. — Uclés (Cuenca), Carballino (Orense). Na *Quercus Toza* Bosc. — Carballino (Orense). O Sr. Cogolludo (l. c., p. 30) cita esta espécie de Montserrat, da *Quercus Ilex* L. forma *laurifolia*, det. por Lázaro. Há de haver equívoco.

b) Generatio agamica = *Neuroterus laeviusculus* Schenck

*Neuroterus laeviusculus*, Schenck, in Jahrb. Ver. Nassau v. 17-18, p. 190, 192, 228, 1863; *Neuroterus laeviusculus* Adler, in Z. viss. Zool., v. 35, p. 161, Taf. 10, 12, fig. 2, 1881; *Neuroterus laeviusculus*, Mayr, in Eur. Arten gallenbew. Cynip., p. 38, 1882; *Neuroterus laeviusculus*, Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, p. 647, pl. 19, fig. 6, 1900-1901; *Neuroterus albipes* gen. agamica, von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae in Das Tierreich, 24. Lief., fig. 29-30, p. 316, 1910.

Haec forma agamica triplicem complectitur subspeciem — *Neuroterus albipes laeviusculus* seu typus, *Neuroterus albipes lusitanicus* et *Neuroterus albipes reflexus*. En tibi clavis dichotomica ad has tres subspecies distinguendas.

**CLAVIS DICHOTOMICA SUBSPECIERUM  
FORMAE AGAMICAE**

- 1. Alae totae hyalinae . . . . . 2  
— Alae duplici parvula macula insignitae, nempe in radiali vena et in vena media. **Neuroterus albipes reflexus**
  
- 2. Color uniformiter niger; antennae perbrunee, exceptis art. 1-3 bruneo luteis; pedes brunei, praeter coxas et trochantera nigra in medietate basali, bruneo lutea autem in medietate apicali; et praeter tibiā et tarsos, saltem in pedibus posticis, testacea . . . . . **Neuroterus albipes laeviusculus** seu typus  
— Color non uniformiter niger, sed plus minusve luteo ruber; pedes toti lutei, praeter basim coxarum quandoque nigram; antennae brunee vel perbrunee, primis articulis basalibus luteis vel bruneo luteis . . . . . **Neuroterus albipes lusitanicus**

1) **Neuroterus albipes laeviusculus** Schenk seu typus

Haec subspecies in mea collectione non prostat; propterea illam describere non possum. Tantum colore ab aliis subspeciebus differt. Color enim est uniformiter niger. Antennae sunt perbrunee, praeter articulos basales 1-3 bruneo luteos. Pedes brunei. Medietas tamen basalis coxarum et trochanterum nigra, medietas vero apicalis brunea; genua, tibiae et tarsi (saltem in pedibus posticis) sunt testacea.

**Cecidia.** — Igual à da subespécie *Neuroterus albipes lusitanicus* Tav.

DISTR. GEOGR.: Alemanha, Inglaterra, França, Áustria, Hungria, Italia, Norte da África e Ásia Menor. Na Península Ibérica esta subespécie é substituída pelo *Neuroterus albipes lusitanicus* Tav., não tendo até agora sido vista ao certo na mesma Península. Note-se contudo que na Galliza obtive um exemplar de côr negra, com os lados da cabeça perbrúneos, tirantes a amarellado. Este exemplar antes se devia collocar na subespécie *Neuroterus albipes laeviusculus* (Schenck) do que no *Neuroterus albipes lusitanicus* Tav., conforme adverti já na « Brotéria », Sér. Zool., v. 14, p. 73, 1916.

## 2) *Neuroterus albipes lusitanicus* Tavares

*Neuroterus laeviusculus* var. *lusitanicus*, Tavares, in Brotéria, v. 1, p. 114, 1902; *Neuroterus laeviusculus* Schenck, var. *lusitanicus* Tavares, in Brotéria, v. 4, p. 80, Estampa 5, fig. 7, 1905; *Neuroterus albipes lusitanicus*, von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., p. 316, 1910; *Neuroterus albipes lusitanicus*, Tavares, in Broteria, Ser. Zool., v. 14, p. 71-75, 1916.

Longitudo corporis: ♀ 2-2,4 mm.

*Color.*—Luteo ruber, plus minusve clarus, semper vel fere semper maculis nigris vel bruneis in thorace et in capite conspersus. Abdomen saepe fasciis nigris vel bruneis transversis insignitum.

Antennae luteae vel etiam bruneo luteae in primis articulis basalibus (aliquando tantum in duobus primis vel in 2-3 cum 1<sup>us</sup> est bruneus); dein hic color sensim in bruneum vel in perbruneum mutatur. Plerumque pedes sunt toti lutei, sed basis coxarum aliquando nigra; quandoque tamen coxae, femora et tibiarum pars brunea. Alarum venae bruneae.

*Caput.* — Leniter coriaceum, fere glabrum. In media facie carina obsoleta longitudinaliter excurrit. Palpi maxillares 3-articulati, articulo 1° ter longiore quam crassiore, duplo longiore quam 2<sup>us</sup>, et longiore quam 3<sup>us</sup> est. Palpi labiales duobus articulis compositus, quorum primus duplo longior quam crassior, 2<sup>i</sup> longitudinem aliquantum superans.

Antennae 15-articulatae, graciles, medietate apicali crassiore quam 3<sup>us</sup> articulus, omnibus articulis longioribus quam crassioribus, quin 13<sup>um</sup> et 14<sup>um</sup> excipias. Antennarum formula his numeris exprimi potest: 4,5:4,5:11:10:9:8:6:6:4,5:4,5:4:4:4:3:4, vel: 4,5:4,5:13:13:11:10,5:8:7:5,5:5,5:5:5:4,5:4.

In prima formula articulus 3<sup>us</sup> 4<sup>um</sup> longitudine superat, in secunda vero aequat. In utraque formula articuli 3-8 multo longiores sunt caeteris; articuli 9-15 valde breves sunt et valde sunt similes longitudine. Animadvertas quoque has formulas imitari formulas generationum agamicarum specierum generis *Diplolepis*.

Longitudo absoluta articularum in prima formula haec est: articulus 1<sup>us</sup> 94  $\mu$  longus; 2<sup>us</sup> 94  $\times$  63, ergo satis longior quam crassior; 3<sup>us</sup> 229; 4<sup>us</sup> 208; 5<sup>us</sup> 188; 6<sup>us</sup> 167; 7-8, aequales, 125; 9-10, aequales, 94; 11-13, aequales, 83; 14<sup>us</sup> 63; 15<sup>us</sup> 83  $\mu$  longus. In secunda autem formula longitudinem absolutam articularum hanc habeas: articulus 1<sup>us</sup> 94  $\mu$  longus, 2<sup>us</sup> 94  $\mu$  longus, 63 crassus; 3-4, aequales, 271; 5<sup>us</sup> 229; 6<sup>us</sup> 219; 7<sup>us</sup> 167; 8<sup>us</sup> 146; 9-10, aequales, 115; 11-13, aequales, 104; 14<sup>us</sup> 94; 15<sup>us</sup> 83  $\mu$  longus. Longitudo igitur antennarum secundi speciminis, quod mensus sum, 2,210 mm. aequabat (longitudo corporis erat 2,5 mm.).

*Thorax.* — Nitens. Mesonotum fere glabrum, leniter totum coriaceum. Sulci parapsidales non percurrentes ad partem usque anticam, parum impressi; alii sulci non prostant. Scutellum rugoso coriaceum, parum pilosum.

Carinae metanoti aliquantum in arcum curvae, sed convexitas, contra atque fieri solet, partem internam respicit. Pleurae glabrae, leniter carinatae. Tarsorum unguiculi bidentati. Alae hyalinae, nullibi infuscatae. Prima vena cubitalis ad medium venae basalis excurrit. Areola prostat bene con-

spicua. Apex 2<sup>ae</sup> venae radialis incrassatus (fig. 48), vel non incrassatus (fig. 47). Cellula radialis, 4-4,6 longior quam latior, in margine semper aperta, in basi et in apice potest esse




Fig. 47 -- *Neuroterus albipes lusitanicus* Tav. Cellula radialis aperta in basi, in margine et in apice.  $\times 42,33$ . (Original).

aperta (fig. 47) vel clausa (fig. 48). Potest quoque pars basalis marginis tantillum claudi (fig. 48).

*Abdomen.* — Nota praecipua abdominis, qua haec forma agamica ab omnibus fere hujus generis speciebus facile distinguitur est insertio, quae prima fronte videtur lateralis (fig. 45, p. 68). In aliis enim Cynipidibus mihi cognitis, praeter quatuor alias species infra describendas, pediculus in axi ma-




Fig. 48 — *Neuroterus albipes lusitanicus* Tav. Cellula radialis tantum in margine aperta.  $\times 42$ . (Original).

jore abdominis prostat; in hac forma agamica vero videtur lateraliter positus. Hoc inde venit, quod sternita nimis arcuantur in medio abdomine, ita ut spinula ventralis, quae in aliis speciebus fere in extremitate abdominis sita est, hic in medio posita videatur.

Abdomen ellipticum vel ovatum, laeve, valde nitens, fere glabrum. Spinula ventralis, fere duplo longior quam crassior

(146  $\mu$  longa, 83  $\mu$  crassa), pilis patentibus longis circumdatur. Terebra longa, in uno latere in apice quinquies vel sexies dentata.

**Cecidia.** — É lenticular (Est. IV, fig. 3 e 9), como a do *Neuroterus quercus-baccarum histrio* Kieff., mas differença-se bem desta, por ser mais delgada, principalmente na margem, e por ter no centro uma depressão ligeira, em que se ergue uma pequenina verruga, às vezes quasi apagada. Descrevi a cecidia na minha *Synopse*, pág. 80, pela seguinte forma:

« Centro da cecidia ordinariamente um tanto deprimido, com uma verruga no meio, muitas vezes quasi apagada (Estampa V, fig. 7); borda delgada, applicada, uma vez circular, outras lobada (mormente nas cecidias novas); côr verde clara, avermelhada ou vermelha (neste caso produzida às vezes por salpicos vermelhos muito proximos), havendo muitas vezes, junto da margem inferior, um circulo esbranquiçado, não raro substituido por laivos brancos; pelos na pagina inferior e superior (nesta muito bastos), estrellados, de côr avermelhada, podendo, às vezes, faltar na pagina inferior, rareando tambem na superior; diametro até 5 mm. O cynipide sahe desde fevereiro do 2.<sup>o</sup> anno.» Esta descripção refere-se às cecidias das *Quercus lusitanica* e *Toza*. Eis a das cecidias que se criam na *Quercus pedunculata* (Ibid., pág. 81):

« Cecidias *pouco peludas* na pagina superior (Est. V, fig. 12), sendo os pelos estrellados, raros, argenteos, brilhantes e curtos, *glabras* na inferior, onde não ha pontos bruneos; amarello-avermelhadas (às vezes com tres zonas concentricas que se vêem bem na figura, duas amarelladas, sendo a mediana vermelha); borda circular muito delgada e applicada; uma elevação ou mamillo (ordinariamente de côr vermelha) no meio da face superior; diametro 5 mm. »

As cecidias da *Quercus pedunculata* são branco-amarelladas, amarello-esverdeadas, às vezes côr de rosa, ou só com lábios rosados. Não raro há no centro um ponto intensamente roxo, indo esta côr esbatendo-se sôbre o verde do resto da cecidia.

A côr roxa ou mesmo rósea forma por vezes uma zona

interna bem extremada da outra zona externa que é amarello-esverdeada ou verde. Vê-se, pois, que varia muito a côr, particularmente nas cecídias da *Quercus pedunculata*. No centro destas, raríssima vez se ergue uma pequenina elevação, como succede ordinariamente nas das *Quercus lusitanica* e *Toza*. De ordinário a borda, fina e plana, está applicada à superfície do limbo; às vezes levanta-se, tomando a cecídia a forma de cápsula, como succede freqüentemente nas cecídias de *Neuroterus fumipennis*. O diâmetro nem sempre attinge os 5 mm., às vezes reduz-se a 4 mm. e até um pouco menos.

As cecídias desprendem-se das fôlhas em outubro, novembro e mesmo dezembro, e no solo tornam-se mais grossas emquanto se cria o cynípide.

Na região de S. Fiel, os cynípides apparecem desde fevereiro do 2.º anno; em Tuy sahiram-me na 2.ª quinzena de janeiro e em fevereiro, sendo, porém, de notar que o meu quarto onde estavam era aquêcido por uma estufa nesta última localidade, sendo por isso a temperatura média 13º-14º. Das cecídias lenticulares é o cynípide que apparece mais cêdo. Em Pontevedra vi uma fêmea a pôr os ovos num gomo de *Quercus pedunculata* Ehrh. completamente fechado, na primeira semana de fevereiro de 1918.

COMMENSAL : *Parallelodiplosis galliperda* Fr. Löw.

DISTR. GEOGR. : Península Ibérica.

DISTR. CHORAGR. : Portugal. Na *Quercus lusitanica* Lam. — Setúbal, Matta do Collégio do Barro e Cadriceira (Tôres Vedras), Louisa (Castello Branco).

Na *Quercus Toza* Bosc. — Desde Castello Branco até à Guarda, Castro Laboreiro.

Na *Quercus pedunculata* Ehrh. — Pôrto, Famalicão, Ponte do Lima, Villar de Mouros (Caminha).

Espanha. Na *Quercus pedunculata* Ehrh.  
— Camposancos e Pasaje (La Guardia), Tamuje (Rosal), Oya, Tuy, Pontevedra, Carballino (Orense).

Na *Quercus lusitanica* Lam.—Uclés (Cuenca).

### 3) *Neuroterus albipes reflexus* Kieffer

Lacaze-Duthiers, in Ann. Scienc. Nat., Bot. ser., v. 19, p. 314, pl. 17, fig. 4, 1853; *Neuroterus leviusculus* var. *reflexus*, Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, p. 648, pl. 19, fig. 7, 1900-1901; *Neuroterus albipes reflexus*, von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., fig. 31, p. 317, 1910.

Ab aliis duabus subspeciebus, duabus parvis maculis brunis alarum, quarum primam secat vena radialis, secundam vero dividit vena media, discernitur. Caeterum color corporis est ut in subspecie typica.

**Cecídia.** — Colhi em 1927 esta cecídia em Royat (Puy-de-Dôme), na França, onde é abundante. Differe notavelmente da cecídia do typo, em que a borda se levanta em três ou quatro pontos e se dobra mais ou menos para cima do resto da cecídia (Est. IV, fig. 5).

DISTR. GEOGR.: França e Alemanha.

Na Península Ibérica não foi ainda vista, mas é provável cresça nas províncias do Norte da Espanha, ao menos em San Sebastián, na *Quercus pedunculata* Ehrh.



2. *Neuroterus aprilius* (Giraud)a) Generatio sexualis = *Neuroterus aprilius* (Giraud)

*Spathogaster aprilius*, Giraud, in Ver. Ges. Wien, v. 9, Abh., p. 363, 1859; *Neuroterus aprilius*, Mayr, in Eur. Arten gallenbew. Cynip., p. 37, 1882; *Neuroterus aprilius*, Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, p. 662, pl. 14, fig. 6, 1900-1901; *Neuroterus aprilius*, Tavares, in Brotéria, v. 1, p. 20, 1902, et v. 4, p. 69, Est. 4, fig. 22, 1905; *Neuroterus aprilius*, gen. sex., von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., p. 321, fig. 41, 1910.

Longitudo corporis: ♂ 2,2-2,6 mm.; ♀ 2,2-3 mm.  
Totum corpus nitidum.

*Color.* — Niger. Antennae, quandoque nigrae, ut plurimum bruneae, articulis 2-4 saepe bruneo luteis; palpi lutei vel bruneo lutei; coxae et trochantera brunea vel bruneo lutea; femora, tibiae, metatarsus, tarsi lutea vel subbruneo lutea; abdomen nigrum vel bruneum; alarum venae bruneae, vel bruneo subluteae.

*Caput.* — Nitens, coriaceum, facies distincte carina longitudinali ornata. Antennae ♀ 14-articulatae, in medietate apicali distincte crassiores quam in 3° articulo; articulis 3-13 cylindricis vel subcylindricis, longitudinaliter carinatis, lineolis brevibus longitudinalibus albidis, ut in ♂, insignitis.

Antennarum formula seu longitudo articulorum comparata his numeris exprimi potest: 6,5:4:9:7,5:6,5:6:5,5:6:6:5:5:5:5:7.

Longitudinem vero absolutam articulorum hanc habeas. Articulus 1<sup>us</sup> 136  $\mu$  longus; 2<sup>us</sup> 83  $\times$  73, ergo tantillo longior quam crassior; 3<sup>us</sup> 188; 4<sup>us</sup> 156; 5<sup>us</sup> 136; 6<sup>us</sup> 125; 7<sup>us</sup> 115; 8-9, aequales, 125; 10-13 aequales, 104; 14<sup>us</sup> 146  $\mu$  longus. Ergo antennae speciminis, quod mensus sum, 1,761 mm. aequabant et longitudinem corporis non attingebant.

Antennae ♂ 15-articulatae, non crassiores in medietate apicali quam in 4° articulo; articulus 3<sup>us</sup> in medietate proxi-

mali et in medio sinuatus, superne vix crassior quam in basi. Articuli 4-14 cylindrici; ultimus de more subovatus. Antennarum formula haec tibi sit: 5:4,5:10:9:8,5:7:8:8,5:8:8:8,5:7,5:7:7:6,5. Unde patet articulos non regulariter decrescere, nam articulus 6<sup>us</sup> brevior est 7<sup>o</sup>; hic vero etiam brevior 8<sup>o</sup>; 9<sup>us</sup> et 10<sup>us</sup> breviores 11<sup>o</sup>.

Longitudo vero absoluta haec est. Articulus 1<sup>us</sup> 104  $\mu$  longus; 2<sup>us</sup> 94  $\mu$  longus, 83  $\mu$  crassus, ergo aliquanto longior quam crassior ut in  $\varphi$  etiam fit; 3<sup>us</sup> 208; 4<sup>us</sup> 188; 5<sup>us</sup> 177; 6<sup>us</sup> 146; 7<sup>us</sup> 167; 8<sup>us</sup> 177; 9-10, aequales, 167; 11<sup>us</sup> 177; 12<sup>us</sup> 156; 13-14 aequales, 146; 15<sup>us</sup> 136  $\mu$  longus. Ergo antennae hujus  $\delta$ , quas mensus sum, 2,356 mm. aequabant, et longitudinem corporis — 2,2 mm. — aliquantum superabant.

Palpi maxillares breves, 4-articulati, palpigero impositi, qui bene ut articulus haberi potest. Duo primi articuli subcylindrici, 3<sup>us</sup> subconicus, 4<sup>us</sup> ellipticus.

Palpi labiales, valde breves, videntur mihi procul dubio biarticulati, sed hoc absolute asserere non audeo, cum eos explorare ob positionem non potuerim; fieri igitur potest ut 3-articulati sint.

*Thorax.* — Fere glaber, nitens. Mesonotum coriaceum.




Fig. 49—*Neuroterus aprilinus* gen. sexualis,  $\varphi$ . Cellula radialis clausa in basi et in apice, ac solum in margine aperta.  $\times 60,57$ . (Original).

